MASTER NEGATIVE NO. 93-81627-22

AUTHOR:

NEUMANN, MAXIMILIAN

TITLE:

DE IMPERATIVI APUD EPICOS GRAECOS...

PLACE:

REGIMONTI...

DATE:

1885

Master Negative #
93-81627-22

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Neumann, Maximilian. 1863-
De imperativ apud epicos Graecos tragicos, Aristophanem formis atque frequentia.
Regimonti Prussorum 1885. O. [3] + 56 + [2] p.

Doctor's dissertation at Königsberg (Ger.) university.

No. 7 of a vol. of pamphlets.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 8/2/93 INITIALS BAP
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE IMPERATIVI APUD EPICOS GRAECOS, TRAGICOS, ARISTOPHANEM FORMIS ATQUE FREQUENTIA.

DISSERTATIO INAUGURALIS,

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

ALBERTINA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

UNA CUM THESIBUS

DIE XIX. MENS. MART. A. MDCCCLXXXV, HORA XII.

PALAM DEFENDET

AUCTOR

MAXIMILIANUS NEUMANN

BOR. HOLLANDENSIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

GUALTHARIUS PRELLWITZ, SEM. REG. PHIL. SOD.

IOANNES ROCKEL, DR. PHIL.

REGIMONTI PRUSSORUM.

TXPIS KIEWNINGIANIS.

MDCCCLXXXV.

ARTHURO LUDWICH

DR. P. P. O.

SACRUM.

De imperativi apud poetas Graecos formis atque frequentia quaesituro praeter integras tragicorum et Aristophanis quotquot supersunt, fabulas maiora tantum epicorum carmina aptissimam praebere mihi amplissimamque materiam videbantur. —

Quam ita digerendam esse censui, ut in usurpandis singulis imperativorum formis atque generibus quatenus consentirent inter se differrentve singuli poetae, frequentiae simul ratione habita, demonstraremus in parte priore, cum quantulum opis ex iis, quae supra disputata essent, ferri posse confiderem locis poetarum vel corruptis vel coniectando tentatis, posteriori parti reservaremus. Seorsum autem, ut par est, de epicis et de tragicis Aristophaneque seorsum exponendum erat in prioris partis capitibus singulis, per quae unam eandemque distributionem secutus sum, eam nempe, ut a formis themate carentibus diligenter secernerentur thematicae formae. Etenim divisio ista, cum per se sit simplicissima ac facillima, tum ratione grammatica comprobatur. —

Pars I. De imperativorum formis atque frequentia.

Caput I. De epicis.

Ex epicis carminibus praeter Homeri Iliadem Odysseamque, minoribus quibusdam omissis, pertractanda suscepi: Apolloni Argonautica, Quinti Posthomerica, Nonni Dionysiaca. Nec fere epici isti seriores, cum in rebus verbisque

non solum, sed in universa quoque carminum condendorum ratione ut primo principeque poeta artisque poeticae magistro ex Homero pependerint, aut frequentiore aut rariore ab illo discrepant formarum, de quibus agimus, usurpatione. De qua si quid certi statuere volumus, ii tantum versus respiciendi sunt, quibus loquens aliquis inducatur. Nam in ceteris carminum partibus, ubi poetae ipsi loquuntur, imperativos usurpandi vix dari facultatem, quis est quin sciat? Reperiuntur autem:

	in versibus	variae formae	locis
apud Homerum	13819	687	1707
„ Apollonium	1661	139	201
„ Quintum	2023	107	197
„ Nonnum	7123	355	1180.

Constat igitur imperativorum frequentiam paene candem esse apud omnes, cum Nonni sexto quoque, Homeri et Apolloni octavo, Quinti decimo quoque versu singuli contineantur. Variis autem formis quia singulis in vicesimo quoque versu utuntur, Homerus Quintus Nonnus pariter, minus tamen quam Apollonius, abundant, quippe cui imperativos eosdem iterum iterumque repetendi occasio per artiores exigui carminis fines rarius oblata sit. Quapropter in duodecimum quemque versum singulas formas varias recepit. —

Dum vero, perspecta imperativorum apud epicos frequentia universa, ad cetera pergimus accuratius explananda, hoc ipso loco paucis praefandum videtur esse de rarissimo imperativi genere:

De dualis imperativo.

Dualis imperativus numquam a posterioribus epicis adhibetur, cum apud Homerum in usurpatione frequenti sit. Nam praeter tertiae personae formas quattuor: *ἔστων*, *κομείτων*, *ἑπέσθων*, *φερέσθων* secundae personae leguntur

undeviginti, ex quibus septem ad activi praesens referendae sunt: *ἀποτίνετον*, *ἐφομαρτεῖτον*, *κλαίετον*, *ὀτρύνετον*, *σπεύδετον*, *τιταίνετον*, *χαίρετον*; novem a medii praesente ducendae: *ἀμείβεσθον*, *ἅπτεσθον*, *ἕπεσθον*, *ἐρείδεσθον*, *ἐρύκεσθον*, *ἔρχεσθον*, *μάχεσθον*, *παύεσθον*, *φράζεσθον*; duae ab aoristo activi profectae sunt: *ἔμβητον*, *πελάσσετον*; a perfecto una: *ἕστατον*.

A. De imperativis themate carentibus.

Imperativi themate carentes cum apud Homerum Apollonium Quintum quartam vel tertiam partem conficiant thematicarum formarum, apud Nonnum, quia tantum undecimam complent, ab usu propemodum removentur. Quod non mirum est. Nam prisca illa coniugatio, quae themate supersedebat, quod iam vetustis Homeri temporibus nec integra erat nec vivida, fieri non poterat, quin cum novas recipere formas per senilem quandam debilitatem nequiret, eas quoque quas tunc retinuerat sensim gradatimque amitteret. Hoc maxime valet de aoristi passivi, quem vocant, imperativo, qui apud epicos posteriores nusquam legitur. Sed in Iliade Odysseaque satis frequens est; exstant autem secunda persona singularis *φάνηθι* et pluralis *αἰδέσθητε*, *νεμεσσήθητε*. Huc accedit, quae paullo crebrior est, tertia persona singularis *δμηθήτω*, *ἐγχριμφθήτω*, *κατακοιμηθήτω*, *πειρηθήιω*, *σαωθήτω*, *φανήτω*. — Verum ne reliqui quidem, qui themate carent, imperativi, quamvis non plane sicut aoristi passivi formae obsolescerent, a serioribus epicis, qui Homeri vestigia sequi satis haberent, amplioribus incrementis aucti sunt. Inveniuntur enim imperativi sine themate formati:

	peculiares	Homerici
apud Apollonium	11	21
„ Quintum	6	17
„ Nonnum	7	20

Unde colligitur peculiares eiusmodi formas a posterioribus epicis perpaucas ac, quo longiore ab Homero separarentur intervallo, eo pauciores effictas esse.

Particula I. De tertiae personae imperativis themate carentibus.

Tertiae personae imperativis sine themate formatis epici aetate inferiores, si a Quinto discesseris, minus quam Homerus faverunt. Quod ad universam tertiarum personarum usurpationem pertinet; nam eas quoque aliquantum iacturae fecisse, quae themate interiecto formentur, suo loco infra demonstrabimus.

1. imperativi medii.

Exstant tantum singulares, numero decem; ex quibus peculiares sunt duo: Nonni *μαρνάσθω* et Apolloni *φθίσθω*; Homericae originis sunt duo: *τετύχθω* apud Quintum et *κείσθω* apud Nonnum; sex reliqui solius Homeri sunt: *δαινύσθω*; *ἀποφθίσθω, θέσθω, φάσθω*; *ἀνήφθω, τετρόφθω*.

2. imperativi activi

paullo frequentiores sunt. Leguntur autem plurales formae, numero tres, nonnisi apud Homerum: *διδέντων, ἔστων*; *θέντων*. Singulares vero hae: apud Apollonium *ἀήτω*, apud Quintum *μεθέτω*; praeterea Homericae sunt hae: *ἔστω* apud Apollonium Quintum Nonnum; *ἴτω* et *τλήτω* apud Quintum; *ἴστω* apud Apollonium; denique unius Homeri proprias inveni has, numero decem: *βιώτω, δότω, δύτω, ἐπιτλήτω, προέτω, ὑποστήτω*; *ἀνώχθω, μεμάτω, τεθνάτω, τετλάτω*.

Particula II. De secundae personae imperativis themate carentibus.

1. imperativi medii

rariores sunt, quam activi.

a) imperativus praesentis.

Propriae sunt hae formae: Apolloni *ὑπερίστασο*; Quinti *δάμνασο, μεταδαίνυσο*; Nonni *δέχνυσο, μάρνασθε*. Reliquae ex Homeri carminibus decerptae: ab Apollonio et Nonno *παρίστασο*; a Quinto et Nonno *ἕσσο, ἵστασο*; a Nonno solo *μάρναο*. At Homeri sunt praeterea hae, numero septem: *δαίνυσθε, ἵεσθε, ἵστασθε, ὄρνυσθε, ῥήγνυσθε, σκίδνασθε, τίθεσθε*.

b) imperativus aoristi.

Ipsi formaverunt: Apollonius *παρακάτθεο, δέχθε*; Quintus *ἔσσυσθε*; Nonnus *κάτθεο, ἀποκάτθεο*; cum ab Homero acciperent: Apollonius et Nonnus *δέξο*; Apollonius et Quintus *ὄρσο*; Quintus *ἔνθεο, θέσθε*; Nonnus *ἐνικάτθεο**). Sed Homerus retinuit praeterea formas octo: *θέο, σύνθεο, ὑπόθεν, ὄνησο, φάο*, syncopatam *λέξο, ἀπόφασθε, σύνθεσθε*.

c) imperativus perfecti.

De suo addiderunt: Apollonius *ἀκάχησο, εἴρυσο, ἧσθε*; Quintus *μέμνησο*; Nonnus *πεφύλαξο*. Homero vero debentur formae hae: apud Apollonium *ἧσο, πεπάλαχθε*; apud Quintum et Nonnum *κεῖσο*. Denique Homeri solius sunt: *ἀλάλησο, δέδεξο, κάθησο*.

2. imperativi activi.

a) imperativus praesentis.

Unam tantum formam ipse effinxit Apollonius: *ἵλατε*, a Nonno repetitam 44, 173. Nam ceterae Homero subreptae sunt: ab Apollonio *ἴθι, ὄρνυθι, ἴτε, ὄρνυτε*; ab Apollonio et Nonno *ἵλαθι***); a Nonno solo: *δίδου, τίθει, ἔστε*. Quintus hac imperativi parte abstinuit. At Homerus

---

*) Apud Homerum legitur *ἐγκάτθεο*.

**) Homerus utitur forma *ἵληθι*, quam retinuit Apollonius II, 695 bis; bis in *ἵλαθι* mutavit IV, 1012, 1598; Nonnus semper *ἵλαθι* usurpat (locis duodecim).

praeter illas, quas modo enumeravi, exhibet formas quindecim: *ἄπιθι, δαίνυ, δίδωθι, ἐμπίπληθι, ἵει, ξυνίει, προΐει, ἵστη, καθίστα, ὄμνυθι, παρ—τίθει, ἀφίετε, ἐνίετε, μεθίετε, ἔξιτε*, ad quas legitimo themate eliso se adiungit *φέρτε*.

b) imperativus aoristi.

Peculiares sunt Apolloni duae formae *ἄφες* et *τλῆθι*, quam Nonnus recepit; Nonni una *ἐπίβηθι*; ceterae sunt Homericae originis: apud Apollonium Quintum Nonnum *δός, κλῦθι*; apud Apollonium et Quintum *κέκλυτε, κλῦτε, τλῆτε*; apud Apollonium et Nonnum *κέκλυθι*; apud Nonnum *στῆθι, δότε*. Verum Homerus praeterea adhibuit formas has, numero septendecim: *δῦθι, ἔφες, ξύνες, πρόες, θές, ἐπίθες, παράθες, κατάβηθι, μετάβηθι, παρ—στῆθι, γνῶτε, δῦτε, ἔκβητε, ἔκδοτε, κάτθετε, στῆτε, πάρστητε*.

c) imperativus perfecti.

Exstant formae undecim, ex quibus una Quinti propria est *ἴστε*; una ab Apollonio *ἄνωχθι*, duae ab Apollonio Quinto Nonno *δείδιθι, τέτλαθι* ex Homeri copia desumptae. Septem, quae restant, solius Homeri sunt: *ἕσταθι, ἴσθι, τέθναθι, ἄνωχθε, δείδιτε, ἐγρήγορθε, ἕστατε*.

B. De imperativis thematicis.

Tanta est notissima illa seriorum epicorum cum Homero consensio, ut etiam thematicorum imperativorum magnam partem indidem petiverint:

Apollonius	55	inter peculiares	52
Quintus	47	„ „	36
Nonnus	104	„ „	222

Ex numeris apparet, Apollonium Quintumque vinculis Homericae imitationis artioribus teneri quam Nonnum. Quem omnino suum potius arbitrium quam Homeri ingenium sequi solere, quis est quem fugiat?

Iam vero priusquam in singula thematicorum imperativorum genera diligentius inquiramus, breviter in universum disserendum est de praesentis formis contractis, in quibus vocalis qua radix terminatur cum themate coaluit*). Nam altera contractio, qua in medii praesentis aoristique secundi singularibus personis secundis thema *ε* cum *ο* syllabae finalis vocali apud Homerum interdum confunditur, a serioribus epicis numquam fere admissa est**). Sed ne illa quidem, quam modo commemorabam, apud posteriores tam volgaris est quam apud Homerum. Exstant enim

	contractae formae:	inter non contractas:
apud Homerum	52	289
„ Apollonium	9	69
„ Quintum	6	47
„ Nonnum	3	174

Hinc efficitur apud Homerum pars quinta vel sexta, apud Apollonium septima vel octava, apud Quintum octava, apud Nonnum demum quinquagesima octava. Neque tamen parvus iste contractarum formarum numerus ex seriorum epicorum officina prodiit. Nam si a tribus Apolloni imperativis discesseris *εἰᾶτε, παρανεῖσθε, στρωφᾶσθε*; a Quinti duobus *γηθείτω, ταρβείτω*; a Nonni uno *ἀλάσθω*: ceteri ex Homeri carminibus translati sunt.

Particula III. De tertiae personae imperativis thematicis.

Tertiae personae imperativi thematici cum apud Homerum secundarum personarum aequiperent partem quintam, apud Apollonium duodecimam, apud Quintum decimam, apud Nonnum duodecimam, multo rarius usurpentur necesse

---

*) Semel etiam in aoristi II medii imperativo vocalis radicem terminans cum themate *ε* contrahitur *K* 285 *σπεῖο*.

**) Excipienda est una forma *βάλευ* apud Ap. II 57. cf. Rzach.: Grammat. Studien zu Ap. Rh. in: Sitzungsber. d. Ac. d. W. Wien. B. 89. (1878).

est*) a posterioris aetatis epicis quam ab Homero; paullo tamen crebrius a Quinto adhibentur, quem tertiarum personarum themate carentium frequentia praeter ceteros excellere supra videbamus.

1. imperativi medii.

Plurales formae unius Homeri propriae sunt; repperi autem a praesente profectas quattuor *δηριαάσθων*, *ἐψιαάσθων*, *νεέσθων*, *πανέσθων*; ab aoristo primo duas *κρινάσθων*, *λεξάσθων*; unam a secundo *πιθέσθων*. — Singularibus vero formis etiam ceteri usi sunt.

a) imperativus praesentis.

Leguntur formae cum Homero communes: Apolloni una *μνάσθω*; Apolloni et Nonni una *μελέσθω*; Quinti et Nonni una *ἀγέσθω*; Nonni una *δεχέσθω*. Nam reliquae peculiares sunt: Apolloni tres *γινέσθω*, *πελέσθω*, *στελλέσθω*; Quinti una *λισσέσθω*; Nonni septem *ἀγαλλέσθω*, *ἀλάσθω*, *διδασκέσθω*, *ἑλκέσθω*, *κορυσσέσθω*, *ὀρινέσθω*, *φυλασσέσθω*. Sed ab Homero praeterea formatae sunt viginti una: *ἅπτέσθω*, *ἀρνείσθω*, *δειδισσέσθω*, *δευέσθω*, *ἐελδέσθω*, *εἱρέσθω*, *ἐπειγέσθω*, *ἑπέσθω*, *ἡγείσθω*, *ἐξηγείσθω*, *ἰσχαναάσθω*, *κελέσθω*, *μαχέσθω*, *μεδέσθω*, *νεέσθω*, *νεμεσιζέσθω*, *πανέσθω*, *πευθέσθω*, *τερπέσθω*, *φερέσθω*, *φραζέσθω*.

b) imperativus aoristi I

totus Homeri est, qui exhibet formas septem: *ἀρεσάσθω* (vel *ἀρεσσάσθω*), *ἐπαρξάσθω*, *ἡγησάσθω*, *θηξάσθω*, *μνησάσθω*, *νηησάσθω*, *ὀρεξάσθω*.

c) imperativus aoristi II.

Una forma Apolloni propria est *ἐγρέσθω*; tres Nonni cum Homero communes *γενέσθω*, *ἑλέσθω*, *ἱκέσθω*; tres solius Homeri sunt *ἀπολέσθω*, *ἑσπέσθω*, *λελαθέσθω*.

*) Quod ne quis miretur, qui factum sit; apud Nonnum certe locos numeravi fere 110, quibus optativi vel rarius positivi coniunctivi tertia singularis et pluralis imperativi partes agunt.

2. imperativi activi.

Plurales formae reperiuntur ortae a temporibus omnibus: a praesente apud Homerum decem *ἀγγελλόντων*, *ἀγειρόντων*, *ἀντιοώντων*, *ἐρυκόντων*, *καιόντων*, *μελόντων*, *μενόντων*, *πινόντων*, *φευγόντων*, *φιλεόντων* et apud Nonnum una *ἐχέτωσαν* (uno loco 48, 895); ab aoristo primo: apud Homerum duae *δησάντων* *χευάντων* et apud Quintum una *ὀτρυνάντων* VI 51; verum aoristi secundi imperativus exstat nonnisi apud Nonnum, qui utitur formis *πιέτωσαν*, *φυγέτωσαν* tantum singulis locis 43, 159 et 2, 270. —

Restant imperativi singulares.

a) imperativus praesentis.

Ipsi effinxerunt: Apollonius *ὀπαζέτω*; Quintus *γηθείτω*, *ταρβείτω*; Nonnus *χαιρέτω*; cum reliquos imperativos Homero debeant: Apollonius Quintus Nonnus *ἐρρέτω*; Quintus et Nonnus *μιμνέτω*; Nonnus *ἐχέτω*, *μενέτω*, *φερέτω*. At ab Homero usurpantur etiam formae hae numero viginti una: *ἀγέτω*, *αἱρείτω*, *ἀναχωρείτω*, *ἀνωγέτω*, *ἀποτρεπέτω*, *ἀρχέτω*, *βαινέτω*, *βασιλευέτω*, *δικαζέτω*, *ἐπιτολμάτω*, *ἐρωείτω*, *εὑδέτω*, *μελέτω*, *ὀμνυέτω*, *πειράτω*, *ποτιτερπέτω*, *προσαυδάτω*, *σημαινέτω*, *σχεθέτω*, *φαινέτω*, *φθινέτω*.

b) imperativus aoristi I

tantum apud Homerum in usu est; inveniuntur autem formae duae: *ἀκουσάτω* et *ἑτοιμασάτω*.

c) imperativus aoristi II

usurpatur ab Homero et Nonno, apud quos aeque frequens est. Exhibent autem hic *ἐλθέτω*, *πεσέτω*, *πιέτω*, *φυγέτω*; Homerus vero *ἑλέτω*, *λαβέτω*, *λιπέτω* et mixtum, quem vocant, *οἰσέτω*.

Particula IV. De secundae personae imperativis thematicis.

1. imperativi medii.

a) imperativus praesentis.

Imperativi praesentis ab omnibus usu volgari adhibentur. Sunt autem ex Homeri carminibus excerpti: ab

Apollonio Quinto Nonno tres *ἔρχεο, ἴσχεο, χάζεο*; ab Apollonio et Quinto unus *ἔλπεο*; ab Apollonio et Nonno tres *εἴρεο, ἐνιβάλλεο**), *λίσσεο*; ab Apollonio solo octo *βάλλεο, δειδίσσεο, μειλίσσεο, μήδεο, φράζεο, στέλλεσθε, φράζεσθε, χάζεσθε*; a Quinto et Nonno tres *αἴδεο, πείθεο, τέρπεο*; a Quinto solo quinque *γουνάζεο, προτιόσσεο, σκύζεο, ἴσχεσθε, μητιάασθε*; denique a Nonno quattuordecim *ἅζεο, εὔχεο, θωρήσσεο, μαντεύεο, μετέρχεο, μιμνήσκεο, παύεο, σκέπτεο, φείδεο, φθέγγεο, χαρίζεο, χώεο, ἔρχεσθε, τέρπεσθε.* — Praeterea ex Apolloni Argonauticis videntur desumpsisse: Quintus formas tres *ἀναχάζεο, χαλέπτεο, πονέεσθε*; Nonnus quinque *ἄρχεο, ἐπείγεο, κορύσσεο, μνώεο, ῥύεο.* — Verum propriae sunt: Apolloni undeviginti; septem Quinti; Nonni viginti duae.

b) imperativus aoristi I.

Aoristi primi imperativus a serioris aetatis epicis, Apollonio maxime et Nonno, devitatur. Quod non dubium est, quin metricis causis ducti fecerint. Certe singularis formae syllaba ultima *αι* ita comparata est, ut nec longae arseos**) facile sufficiat, nec in brevem theseos quadret, nisi simul hiatu admisso. Quem Homerus, cum hanc imperativi formam locis quadraginta usurparet, vicies quater admisit; ex posterioribus autem epicis Nonnus certe admittere non poterat. — Itaque hanc formam semel tantum adhibuit Apollonius *ποίησαι****), prorsus repudiavit Nonnus; Quintus tamen, ut est *ὁμηρικώτατος*, duas ab Homero mutuas sumpsit: *αἴδεσσαι* vel *αἴδεσαι* et *πείρησαι*†), cum

*) Apud Nonnum legitur *ἐμβάλλεο.*

**) Nec longae theseos explendae par est nisi apud Homerum tantum locis tribus: σ 30 *ζῶσαι*; Ω 486 *μνῆσαι*; μ 378 *τῖσαι.*

***) Arg. IV 90. Syllaba *αι* incidit in secundam arsin.

†) Apud Quintum syllaba *αι* semel incidit in secundam arsin I 192 *αἴδεσσαι*; in brevem theseos cum hiatu ter: VIII 159, IX 252 *πείρησαι*; XIII 192 *αἴδεσαι.*

unam ipse adderet, *ἐξάκεσαι*, dipthongo *αι* elisa mutilatam X 297. At Homerus sedecim praeterea formis usus est. — Restant adhuc plurales imperativi, qui cum nihil praebeant metricae difficultatis, apud seriores quoque epicos aeque frequentes sunt atque apud Homerum. Cui apud Quintum debetur forma *μνήσασθε*; nam reliquae peculiares sunt.

c) imperativus aoristi II.

Secundi aoristi imperativi cum apud Homerum Apollonium Quintum praesentis formarum quartam vel quintam partem expleant, in Dionysiacis, ubi decimam tantum efficiunt, obsolescere videntur. — Nec latet causa. Etenim Nonnus, quia numquam sibi permittebat thematis *ε* cum proxima vocali *ο* contractionem, formas recipere non poterat, quales sunt *ἑλεῦ* vel *βάλευ*; neque vero non contractas, si metro repugnabant ut *ἕλεο, βάλεο, ἵκεο*, usurpare licebat. Quapropter paucas exhibet: duas Homericae originis *ἔγρεο, ὑπόσχεο*; sui proprias duas *ἕσπεο**) et *ὑποδύσεο.* Ac ne pluralibus quidem imperativis, quamquam per metri leges concedebatur, nisi uno *γένεσθε* usus est eoque tantum locis duobus: 36, 157 et 42, 523. — Verum Apollonius formas septem habet, ex quibus tres Homericae sunt *σχέο, ἕλεσθε, πίθεσθε*; reliquae peculiares *βάλευ, κέκλεο, ἐπικέκλεο, ἔγρεσθε.* Quintus autem imperativos quattuor ipse effinxit: *ἀπόσχεο, βάλεσθε, ἀπο-βάλεσθε, ἵκεσθε.* — Homerus praeter eas, quas supra nominavimus, recepit formas decem: *ἀνάσχεο* (vel *ἄνσχεο*), *περίσχεο, ἑλεῦ, εὕρεο, σπεῖο, ἀπεκλελάθεσθε, ἀφίκεσθε, ἴδεσθε, σχέσθε, ἀντίσχεσθε.* Accedunt mixti quos vocant sex: *δύσεο, καταδύσεο, ἐπιβήσεο, καταβήσεο, λέξεο, ὄρσεο* (vel *ὄρσευ*).

*) Imperativum *ἕσπεο* formavit secundum normam Homerici *ἑσπέσθω*, quia nec *ἕπευ* vel *ἕπεο* nec *σπεῖο* quadrabant.

2. imperativi activi.

a) imperativus praesentis

pariter frequens est apud epicos omnes. Sufficiat autem eas formas proferre, quas posteriores ex Iliade Odysseaque in sua carmina transtulerint. Sunt igitur Homericae: apud Apollonium Quintum Nonnum quattuor *ἀγόρευε, ἐλέαιρε, ἔχε, μίμνε;* apud Apollonium et Quintum tres *ἄγε, θάρσει, ἄγετε;* apud Apollonium et Nonnum octo *ἔα, ἔννεπε, κεῦθε, κτεῖνε πέμπε, ἔρρετε, μίμνετε, τέμνετε;* apud Apollonium solum novem *ἄγρει, αὖδα, βάσκε, ἐρίδαινε, ἴσχανε, ὄπαζε, σίγα, φαῖνε, ἔχετε;* apud Quintum et Nonnum quattuor *ἔρρε, λῆγε, χαῖρε, χαίρετε;* apud Quintum solum sex *ἐπάμυνε, παραύδα, σάον*), τρέπε, χαλέπαινε, εἴκετε;* denique apud Nonnum viginti duae *ἄειδε, ἄειρε, ἀνάειρε, ἄκουε, ἄμυνε, βάλλε, βασίλευε, ἔλαυνε, ἐρέεινε, ἔρυκε, θέλγε, κλαῖε, κόμιζε, κτερέϊζε, λεῖπε, μένε, νεμέσα, προμάχιζε, ῥέζε, ὑπόεικε, φεῦγε, φύλασσε.* —

Propriae autem formae exstant: Apolloni tredecim; septem Quinti; Nonni septuaginta.

b) imperativus aoristi I.

Aoristi primi imperativi leguntur:

apud	Homerum	100	inter praesentis imperat.			173
„	Apollonium	10	„	„	„	37
„	Quintum	15	„	„	„	24
„	Nonnum	115	„	„	„	110.

Sequitur, apud Apollonium inprimis, Homerum, Quintum aoristi primi imperativos aliquanto rariores esse quam praesentis, cum apud Nonnum frequentiae ratio plane contraria sit. Cuius rei causas si quis requirat, puto metricas subesse. Nam firmae hexametri compagi aptiores faciliores que sunt aoristi formae, utpote quae in dactylum, si a plurali proficiscuntur, si vero a singulari, in trochaeum

*) Apud Homerum legitur *σάω*.

semper fere exeant. Contra praesentis imperativi per leges severissime a Nonno praescriptas ac servatas diligentissime saepius nullo modo hexametro obtrudi poterant, quales sunt *ἄγετε, φλέγετε,* ut aoristi formis *ἄξατε, φλέξατε* uti cogeretur. Huc accedit, quod eodem modo facillime contractae formae, ut molestae atque incommodae, devitabantur*). — Verum ut aoristi imperativos praesentis praeferret, etiam alia fortasse causa Nonnus adducebatur, ea videlicet, quod ex primi aoristi formis rarioribus ad id tempus magisque remotis, cum esset seriore illa aetate, qua quidquid simplex erat, ut rude incultumque displicebat, placebat nihil nisi quod arcessitum esset atque artificiosum, elegantiam quandam nitoremque captabat et suis suorumque aequalium auribus obtemperabat ac blandiebatur. Nam ut sensus pondere gravitateque excellit, ita bene sonat numeroseque cadit aoristi imperativus. —

Quibus rebus expositis, restat ut de formis dicam ex Homerico fonte delibatis. Sunt autem cum Homero communes: Apolloni Quinti Nonni una *εἴπατε*; Apolloni et Quinti una *ἔρξον;* Apolloni et Nonni una *τέλεσσον*; Apolloni solius quattuor *ἄνστησον, κατάλεξον, ὄμοσον, ὀρόθυνον;* Quinti sex *ἄκουσον, ἐπάμυνον, κατάνευσον, ὄρινον, σάωσον, ἰήνατε;* Nonni septendecim *ἄγγειλον, δάμασσον, δεῖξον, ἔμπλησον, ζεῦξον, κάλεσσον, κόμισσον, λέξον, λῦσον, δήσατε, ἐάσατε, εἴξατε, ἐρύσσατε, ἱερεύσατε, λύσατε, πελάσσατε.* — At peculiares sunt: Apolloni tres; Quinti septem; Nonni nonaginta quinque.

c) imperativus aoristi II.

Secundi aoristi imperativis seriores epici, Nonnus maxime, parcius utuntur quam Homerus. — Causa in promptu est. Nam cum non tam singularium quam plu-

*) cf. *δῆσον, εὔνησον, κόσμησον, νίκησον, ξύνωσον, χραίσμησον, βοήσατε, ζωγρήσατε, κολπώσατε, κοσμήσατε, συλήσατε, τελέσσατε, τεφρώσατε.*

ralium formarum ea sit ratio, ut saepissime tribus syllabis brevibus terminentur*), non quadrent in hexametrum necesse est, nísi ultima aut per positionem producta aut abrepta per elisionem. Talia autem Apollonins et Quintus vitabant, Nonnus usque quaque respuit. Itaque nonnullas formas novaverunt: Quintus unam *ἄλαλκε;* Nonnus praeter *ἄλαλκε* tres *μόλε, φύγε, παρέλθετε;* Apollonius mixtas duas *ἄρσετε, ὄρσετε.* Pleraeque tamen ex Homeri carminibus desumptae sunt: ab Apollonio Quinto Nonno *εἰπέ;* ab Apollonio et Quinto *ἐνίσπες**); ab Apollonio et Nonno *λίπε;* praeterea a Quinto una *ἔσπετε;* a Nonno sex *ἀπόειπε, κάλλιπε, ἴδε, πίε, πόρε, ἔλθετε.* Sed Homeri maxima est harum formarum ubertas; exhibet enim praeterea viginti septem: *ἄγαγε, ἄμπνυε, ἀπάλαλκε, ἀπόστιχε, δίειπε, ἐκ — ἔνεικε, ἔκταμε, ἕλε, ἐλθέ, εἴσελθε, ἔξελθε, μέτελθε, ἔμπεσε, ἐρύκακε, θάνε, κατάκτανε* (vel *κάκτανε*), *λαβέ, πέφραδε, πρόμολε, ἐμβάλετε, συμβάλετε, ἐπίσχετε, ἐρυκάκετε, ἐςέλθετε, λίπετε, τράπετε, ἐπιτράπετε.* Huc accedunt mixtae tres: *οἶσε, ἄξετε, οἴσετε.*

Caput II. De tragicis et Aristophane.

In imperativorum usu quatenus ex Homeri auctoritate seriores epici pendeant, cum in capite priore exposuerimus: nunc de imperativi apud tragicos Aristophanemque formis atque frequentia acturi, quanta horum quoque poetarum sit Homeri imitatio, aptissime quaeremus ipso commentationis initio. — Constat autem cum Homero communem esse: Aeschyli et Sophoclis omnium formarum partem quintam; Euripidis septimam; Aristophanis octavam. Itaque maxima tragicorum aetate maiorum, aliquanto minor Euripidis, Aristophanis denique ut comoediarum scriptoris minima est cum Homero consensio. Qui cum poetis hisce

---

*) cf. *ἄγαγε, πρόμολε, βάλετε, ἐρυκάκετε, λίπετε, τράπετε.*

**) Apud Quintum legitur *ἔνισπε* XIV 209. cf. Hom. δ 642.

simul omnibus communicavit formas 31, quas infra, ubi imperativi a tragicis Aristophaneque pariter usurpati enumerabuntur, asterisco notabimus*).

Quibus rebus praemissis, rem ipsam aggrediamur. —

Reperiuntur autem variae imperativorum formae:

apud Aeschylum	384	locis	654	per	versus	7984	dispertitae.
„ Sophoclem	476	„	958	„	„	10341	
„ Euripidem	903	„	2236	„	„	24806	
„ Aristophanem	921	„	2358	„	„	15286	

Sequitur summam cum formarum ubertatem tum imperativorum multitudinem penes Aristophanem esse, quippe qui varias formas singulas exhibeat in decimo et sexto quoque vel septimo versu imperativosque singulos in sexto quoque vel septimo. Neque ita mirum, quod a comico, cuius sermo vivus magis usitatoque generi dicendi affinis sit, harum formarum copia tragici superantur tardiores saepe ac severiores. Ex quibus Sophocles et Euripides in undecimo quoque, Aeschylus duodecimo quoque versu singulos imperativos usurparunt; varias autem formas hic singulas in versu vicesimo quoque, Sophocles vicesimo uno vel altero, Euripides in versu vicesimo quoque septimo adhibuit. — Constat igitur tragicos numerorum ratione cum ab Aristophane aliquatenus differant, inter se paene congruere. —

Experiamur nunc, quod in universum de frequentia imperativorum statuimus, in singulis quattuor illorum poetarum fabulis considerandis valeat necne.

Leguntur autem singuli imperativi:

apud Aeschylum:

in Persis	inter versus	15
„ Septem	„ „	14

---

*) cf. pag. 19.

in Agamemnone	inter versus	27
„ Choephoris	„ „	11
„ Eumenidibus	„ „	10 vel 11
„ Supplicibus	„ „	9 „ 10
„ Prometheo	„ „	7 „ 8.

apud Sophoclem:

in Aiace	inter versus	11
„ Oedipode Rege	„ „	13
„ Oedipode Coloneo	„ „	9
„ Antigona	„ „	17
„ Electra	„ „	9
„ Trachiniis	„ „	11 vel 12
„ Philoctete	„ „	9.

apud Euripidem:

in Hecuba	inter versus	10 vel 11
„ Oreste	„ „	8
„ Phoenissis	„ „	12
„ Medea	„ „	11
„ Hippolyto	„ „	13
„ Alcestide	„ „	9 vel 10
„ Andromacha	„ „	15
„ Troadibus	„ „	11
[„ Rheso	„ „	11]
„ Supplicibus	„ „	16
„ Ione	„ „	13
„ Iphigenia Aul.	„ „	10
„ Iphigenia Taur.	„ „	11 vel 12
„ Bacchis	„ „	10 vel 11
„ Cyclope	„ „	7
„ Heraclidis	„ „	11 vel 12
„ Helena	„ „	12
„ Hercule Fur.	„ „	11
„ Electra	„ „	10 vel 11

apud Aristophanem:

in Acharnensibus	inter versus	5
„ Equitibus	„ „	13
„ Nubibus	„ „	6 vel 7
„ Vespis	„ „	5 „ 6
„ Pace	„ „	5 „ 6
„ Avibus	„ „	7 „ 8
„ Lysistrata	„ „	7
„ Thesmophoriazusis	„ „	5
„ Ranis	„ „	6
„ Ecclesiazusis	„ „	8
„ Pluto	„ „	11.

Hinc efficitur latissimis finibus circumscribi imperativorum usurpationem, cum in Aeschyli Agamemnone demum septimus quisque et vicesimus, in Acharnensibus vero Aristophanis quintus quisque versus singulos contineat. Attamen si paucissimas fabulas exceperis, velut Aeschyli Agamemnonem, quem modo commemoravi, Sophoclis Antigonam, Euripidis Andromacham et Supplices, Aristophanis Equites et Plutum, passim apud unumquemque poetam constare sibi numerorum rationem, nemo non videt. Quamquam nonnullae praeterea nominandae sunt fabulae, quae non modo non parcius utantur, sicut illae quas commemoravi, verum etiam solito magis affluant imperativis. Sunt: Aeschyli Prometheus, Sophoclis Oedipus Coloneus Electra Philoctetes, Euripidis Orestes et Cyclops. Ex quibus Cyclops certe, cum in numero earum habeatur fabularum, quas Satyricas appellant, nihil videtur esse nisi mera comoedia, cui usum imperativi ampliorem deberi supra animadvertimus. —

Nunc quoniam numerorum rationem transegimus, ad aliam quaestionem procedamus cum illa, quam modo absolvi, satis arte coniunctam.

Quaeritur autem, quota imperativorum pars uniuscuiusque poetarum propria ac peculiaris sit. — Repperi igitur formas:

	peculiares	non peculiares
apud Aeschylum	182	202
„ Sophoclem	204	272
„ Euripidem	512	391
„ Aristophanem	609	312.

Unde colligitur Euripidi ac praesertim Aristophani varia peculiarium formarum ubertate Aeschylum Sophoclemque cessisse. Quo nihil est, quod magis sit consentaneum. Quid? Euripides nonne is fuit, qui priorum tragoediam duram ac gravem perpoliret et ad mobilitatem quandam volubilitatemque aliquanto maiorem perduceret? Aristophanem vero, ut comicum poetam, quin magis quam tragicos deceat propriarum formarum paullo uberior copia, quis est qui dubitet?

Sequitur ut in reliquas formas, illas scilicet, quas tragici vel inter se vel cum Aristophane communicaverunt, accuratius inquiramus. Deprehenditur autem: Aeschyli omnium formarum pars septima; Sophoclis quinta; Euripidis quinta vel quarta cum Aristophane communis. — Ex numeris liquido apparet — id quod optime convenit cum poetarum istorum ingeniis et indole universa — Aeschylum parum, saepius Sophoclem, Euripidem saepissime cum Aristophane consentire. At omissis Aristophanis fabulis, si solos tragicos respiciemus, videbimus: Sophocli cum Aeschylo communem esse omnium formarum partem septimam decimam, cum Euripide vero quartam; Euripidi cum Aeschylo quartam decimam, cum Sophocle vero septimam vel octavam. — Numeri aperte testantur, maiorem consensum inter tragicos seriores quam qui Euripidi sit cum Aeschylo, et affinitatem multo artiorem, quam Sophoclis et Aeschyli, intercedere. De qua re etiam aliunde constat. Etenim omnino tantum proprii habet Aeschylus quantum poetarum illorum vix alius quisquam.

Quibus rebus explanatis, transeamus ad formas pariter a tragicis omnibus et ab Aristophane adhibitas. Sunt hae, numero 62*):

δίδου, ἴθι, ἴσθι, τίθει*, ἴτε*, ἔστω*, ἴτω*; ἄφες, δός*, θές*, πάρες, δότε*; ἴσθι** (ad *οἶδα* referendum), *ἴστω** (apud Aristophanem exstat sola dialecti Boeoticae forma *ἴττω* Ach. 860, 911); *φάνηθι**.

μέμνησο, μέμνησθε.

ἄγε, ἄκουε*, βαῖνε, δίδασκε, δόκει, ἔα*, ἔλεγχε, θάρσει*, κάλει*, κόμιζε*, λέγε*, ὅρα, πρᾶσσε, σῷζε, ὕβριζε, φέρε*, φράζε, φύλασσε*, φώνει, χαῖρε*, χώρει, ἄγετε*, ὁρᾶτε, χαίρετε*, χωρεῖτε; ἄκουσον*, δεῖξον*, δίδαξον, ἔασον*, πέμψον*, τόλμησον, φράσον, πέμψατε; εἰπέ*, ἐπίσχες, ἔξελθε*, μάθε.*

*δέχου, ἕπου** (*ἕπεο* apud Homerum et Sophoclem O. C. 182), *ἡγεῖσθε; σκέψαι, δέξασθε; γενοῦ, ἑλοῦ** (apud Homerum *ἑλεῦ*), *πιθοῦ*.

Addantur formae tragicorum communes, ab Aristophane vero alienae; quae sunt numero 33:

ἄνες, γνῶθι, κλῦθι, βᾶτε.

ἐπίστασο (apud Sophoclem saepius *ἐπίστω*).

ἄγγελλε, γέγωνε, ἐξέλεγχε, ἕρπε, ἴσχε, κήρυσσε, κλύε (apud Aeschylum et Sophoclem, praeterea apud Pseudoeuripidem Rh. 372), *μίμνε, οἴκτιρε, πέμπε, προςδόκα, σήμαινε, στεῖχε, στέναζε, τάχυνε, φρόνει, χαλᾶτε; ἀντάκουσον, ἐκκάλυψον, σίγησον, ἀρήξατε; ἴδε, ἴδετε.*

αἰτοῦ, εὔχου; αἴδεσαι; ἱκοῦ, ἴδεσθε.

Horum imperativorum fere omnium vis ac sententia cum tales sint, ut in continuo fabularum contextu saepius requirantur, fieri non potest, quin usurpatione sint triti istorum poetarum communi. Quod maxime ad eas formas

*) Quae asterisco notantur, etiam Homeri sunt. cf. pag. 15.

pertinet, quibus subsunt significatus volgares ac necessarii, quales sunt eundi, audiendi, cernendi, dicendi, sciendi. Ubi quis est quin videat, Aristophanem cum passim consenserit cum tragicis in eiusmodi notionibus exprimendis, consulto quasdam formas devitare. Dixit enim tragicorum consuetudinem secutus:

βαῖνε, ἴθι, χώρει; ἴτε, χωρεῖτε.

At tragici soli etiam imperativos:

ἕρπε, στεῖχε, ἱκοῦ; βᾶτε usurparunt.

Sic Aristophanis et tragicorum sunt:

ἄκουε, ἄκουσον;

tragicorum vero etiam: *κλύε, κλῦθι.*

Ac simili modo, ubi videndi, dicendi, sciendi notiones desiderantur, tragici adhibent formas sui peculiares hasce:

ἴδε, ἴδετε, ἴδεσθε; ἄγγελλε, γέγωνε, κήρυσσε, σήμαινε; ἐπίστασο, γνῶθι

cum Aristophanes imperativis:

ὅρα, ὁρᾶτε; δίδαξον, εἰπέ, φράζε, φράσον, φώνει; ἴσθι, μάθε

qui ei cum illis communes sunt, utatur. Ita licet in considerandis vestigiis hisce levissimis ingens discrimen, quo Aristophanis sermo a tragico sermone segregetur, metiri atque exigere. —

Restat, ut summatim disputem de contractis formis. Quae non contractarum apud omnes explent partem dimidiam. —

Nunc quoniam satis dictum est in universum de imperativorum apud tragicos Aristophanemque qua formis qua frequentia, ad singula deinceps genera pertractanda accedamus. Praestat autem dualis formas adeo raras, ut prae ceterarum multitudine evanescant, seponere sepositasque primo loco transigere.

De dualis imperativo.

Constat dualis formas ab Aeschylo*) paene repudiatas, ab Euripide neglectas, raro adhibitas a Sophocle, ab Aristophane esse adamatas, ita quidem, ut quintum quemque et tricesimum a duale ortum effinxerit. Qui apud Sophoclem sexagesimus quisque, apud Euripidem demum est centesimus octogesimus. —

Frequentissimus est ex thematicis formis imperativus praesentis activi, qui semel legitur apud Aeschylum *λεύσσετον* Eum. 252; semel apud Euripidem *παρηγορεῖτον* Ph. 1453; apud Sophoclem et Aristophanem semel *χαίρετον*; apud Sophoclem ter *ξυνάπτετον, πράσσετον, φυλάσσετον*; sexies apud Aristophanem *ἄγετον, ἀκούετον, ἀνύετον, ἀποκινδυνεύετον, λέγετον, ποιεῖτον.* Rariores sunt aoristi primi et secundi formae. Nam Sophocles singulas tantum habet *ἀναπαύσατον* O. C. 113 et *ἐπίσχετον* Ph. 539; Aristophanes vero a primo aoristo profectas quattuor *εἴπατον, κρεμάσατον, φιλήσατον, φράσατον;* duas a secundo *ἔλθετον, μόλετον* Th. 1156. Euripides denique unam primi aoristi formam usurpavit *εἰςακούσατον* Ion 1577. Sequuntur, qui rarissimi sunt, imperativi ad medium referendi, ex quibus unus Sophoclis est *φλέγεσθον* O. C. 1695; unus Euripidis Aristophanisque *παύσασθον* An. 68, Ra. 1364; tres Aristophanis, qui solus secundi aoristi formas adhibuit *ἕπεσθον; ἀνά—ἔρεσθον* Ra. 1106, *ἀφίκεσθον* Th. 1158. — Omisi adhuc imperativos themate carentes, qui paullo frequentius inveniuntur nonnisi apud Aristophanem. Is praesentis formis quinque usus est *ἄπιτον, εἴςιτον* (legitur etiam apud Sophoclem Ph. 541), *ἐπέξιτον, ἔπιτον, πρόςιτον,* quae omnes

---

*) Apud Aeschylum una tantum forma legitur Eum. 252, ac ne de hac quidem satis constat. Nam cum in *M* scriptum sit: *λεύσσετ* (vel *λεύσσε*) . . . *τον* (vel *τὸν*), *λεῦσσέ τε*, quod versus numeris flagitari videtur, probabiliter Hermannus coniecit.

a simplici *ἴτον* profectae sunt. At aoristi imperativi duo tantum exstant, ambo ab eodem verbo simplici orti: apud Euripidem *μέθετον* Ph. 585 bis; apud Aristophanem *ἄφετον* Pl. 100. Restat unus perfecti imperativus Euripideus *ἴστον* Hel. 1685 et aoristi passivi unus Aristophaneus *ἀπαλλάχθητον* Pl. 66. Medii denique formae duae tantum leguntur apud Aristophanem *παρίστασθον* Ra. 1379 et *κάθησθον* Ra. 1103. — Constat igitur imperativos, qui effingi possint, omnes (si a perfecti activi et aoristi medii formis, quae quidem themate careant, dicesseris) ab Aristophane solo formatos esse. —

Tertiae personae imperativum nusquam repperi.

A. De imperativis themate carentibus.

Formarum themate carentium frequentia Aeschylus aliquanto inferior videtur esse Euripide ac praesertim Sophocle et Aristophane. Hoc vel inde apparet, quod ex eiusmodi imperativis 38 tantum novem, i. e. quartam partem, sui proprios effinxit, Sophocles vero, Euripides, Aristophanes ex formis 67, 112, 124 peculiares 25, 54, 78, i. e. tertiam vel secundam partem, adhibuerunt.

Particula I. De tertiae personae imperativis themate carentibus.

Tertiae personae imperativi themate carentes secundarum personarum efficiunt: apud Aeschylum et Sophoclem partem quartam; sextam apud Aristophanem; apud Euripidem septimam. Creberrime igitur tragici priores, multo rarius Euripides et Aristophanes, his formis usi sunt. Quae frequentiae ratio infra comprobabitur, ubi de thematicis tertiae personae imperativis agetur. —

Pluralium formarum sane exiguus est numerus; nihil enim invenimus praeter imperativos quattuor, omnes ab activo natos: apud Aeschylum *ἴτων* Eum. 32; apud Euripidem *ἔστωσαν* Ion 1133 et *ἴτωσαν* I. T. 1448, quae

formae sunt recentiores; apud Aristophanem *παραθέντων* Nu. 456. — Singularium formarum copia uberior est; effinxerunt a praesente activi profectas, si *ἔστω*, *ἴτω* formas omnium communes exceperis, Aeschylus Euripides Aristophanes *ἀπέστω*; Sophocles Euripides Aristophanes *εἰςίτω*; Sophocles tres *δεικνύτω, παρέσιω, ῥηγνύτω*; Euripides duas *ἐξανιέτω, μετέστω*; Aristophanes duas *προΐτω, προςίτω*. Aoristi formae rariores sunt; habemus apud Sophoclem duas *ἀποστήτω, βάτω*; apud Euripidem et Aristophanem *δότω*. Huc accedunt: apud Euripidem tres *εἰςβήτω, ἐνδότω, μεταστήτω*; apud Aristophanem vero quattuor *ἀφέτω, ἐκδότω, σέτω* (est Laconica forma pro *θέτω* Ly. 1081), *στήτω*. Restant perfecti imperativi: *ἴστω*, quae forma ab omnibus recepta est, et *ἑστάτω* apud Sophoclem Ai. 1084, El. 50; denique aoristi passivi imperativi: apud Aeschylum *διδαχθήτω*, Pr. 633; apud Sophoclem tres *ἀξιωθήτω, παρασταθήτω, φανήτω*; apud Euripidem *σωθήτω* Her. 454. — Verum medii formae propemodum obsoleverunt; nam praeter Aristophanis *ἀνιστάσθω* Ve. 753 et tres perfecti imperativos: *καθήσθω* Aesch. Pr. 915, Ar. Ra. 1409; *κείσθω* Soph. El. 362; *πεπειράσθω* Ar. Ve. 1129 nihil reperitur.

Particula II. De secundae personae imperativis themate carentibus.

1. imperativi medii.

De quibus priusquam plenius disseram, pauca dicenda sunt de formis *τίθεσο, ἵστασο* et compositis, quae literula *σ* eiecta saepius contractionem patiuntur vocalium *αο, εο*. Deprehendi autem formas:

	contractas locis:	non contractas locis:
apud Aeschylum	3	2
„ Sophoclem	10	7
„ Euripidem	1	8
„ Aristophanem	3	6

Iamiam perspicuum est, contractionem ab Aeschylo et Sophocle affectatam, ab Euripide et Aristophane devitatam esse.

a) imperativus praesentis

usurpatur ab omnibus. Habes autem praeter *ἐπίστασο* formam tragicorum communem: apud Aeschylum duas *ἀνίστω, τίθου* Eum. 228; apud Sophoclem et Aristophanem *ἵστω*; apud Sophoclem duas *ἐξεπίστασο, ἵστασθε*; apud Euripidem et Aristophanem duas *ἀνίστασο, λάζυσθε*; apud Euripidem novem *ἀφίστασο, ἐξανίστω, μεθίστασο, προσίστω, δαίνυσθε, ἐκκρήμνασθε, ἐξίστασθε, ζεύγνυσθε, τίθεσθε*; apud Aristophanem quattuor *ἐξίστω, ἐπανίστω, ἵεσο, τίθεσο.*

b) imperativus aoristi

legitur apud omnes praeter Aeschylum, et adhibentur formae hae: a Sophocle Euripide Aristophane *μέθεσθε*; a Sophocle et Euripide *θέσθε*; a Sophocle et Aristophane *προςθοῦ*; a Sophocle solo duae *ἀφοῦ, θοῦ*; ab Aristophane tredecim *ἔμπλησο, ἐνθοῦ, κατάθου, παράθου, περίθου, ὑπόθου, περίδου, πρίασο* vel *πρίω, ἀποπρίω, ἀμφίθεσθε, περίθεσθε, ἄφεσθε, ὕφεσθε.*

c) imperativus perfecti

apud omnes in usu est, sed raro. Invenimus igitur: apud Aeschylum *μέμνησο, μέμνησθε*, quae formae omnium communes sunt; praeterea apud Sophoclem *κέκλησο* Ph. 85; apud Euripidem et Aristophanem *κάθησο*; apud Euripidem *κέκτησο* Or. 483; denique apud Aristophanem quattuor *κατάκεισο, πρόςκεισο, λέλυσο, κάθησθε.*

2. imperativi activi.

a) imperativus praesentis.

Praeter formas omnium communes, de quibus supra egimus*), receperunt: Aeschylus et Aristophanes *προςτίθει*; Aeschylus duas *ἔστε, ἵετε*; Sophocles Euripides Aristophanes *εἴςιθι*; Sophocles et Euripides *ὄμνυ*; Sophocles et Aristophanes *εἴςιτε*; Euripides et Aristophanes quattuor *ἔξιθι, ἵει, ἐμπίπρατε, πάριτε*; Euripides praeterea quattuordecim *ἐξίει, ἵστη, ἀνίστη, πίμπρη, προδίδου, δίδοτε, ἐξανίετε, ἐξανίστατε, ἔξιτε, ὄλλυτε, προςαπόλλυτε, πάρεστε, πίμπλατε, τίθετε*; Aristophanes denique undeviginti *ἀνίει, ἀφίει, καθίει, παρίει, ἄπιθι, ἄπει* Ec. 802, *ἔξει* Nu. 633, *ἔπιθι, περίϊθι, πρόϊθι, διαπετάννυ, ἐμπίπλη, ἐπιδείκνυ, καθίστη, στόρνυ, φάθι, ἀφίετε, ξυνίετε, διοίγνυτε.*

*) cf. pag. 19.

b) imperativus aoristi

aliquanto crebrius quam praesentis ab omnibus usurpatur. Exstant enim, si formas quattuor, quas tragici inter se, quinque praeterea exceperis, quas inter se omnes communicaverunt: apud Aeschylum imperativi tres *ἀντίδος, βᾶ, κλῦθι*; apud Sophoclem Euripidem Aristophanem quattuor *ἀπόδος, μέθες, πρόςθες, σύγγνωτε*; apud Sophoclem et Euripidem quattuor *βᾶθι, πρόθες, τλῆθι, πρόβατε*; apud Sophoclem et Aristophanem tres *ξύνες, στῆθι, ἄφετε*; apud Sophoclem quattuor *ἀπόβαθι, μετάσταθι, ἄνετε, πρόστητε*; apud Euripidem et Aristophanem novem *ἔκβηθι, ἔμβα, πρόβα, ἔνθες, ἐπίθες, κάθες, παράδος, σύγγνωθι, στῆτε*; apud Euripidem quindecim *ἀντίθες, κάτθες* Cy. 542, *ὑπόθες, ἔκδος, ἔνδος, μετάδος, εἴςβα, ἐπίβα, ἔκπιθι, γνῶτε, ἔκβητε, κατάστητε, μέθετε, πρόςδοτε, πρόςθετε*; apud Aristophanem septendecim *ἀνάβηθι, ἐπανάβηθι, ἐπίβηθι, κατάβηθι* vel *κατάβα, ἀνάδος, ἀπόδυθι, ὑπόδυθι, ἀπόστηθι, παράστηθι, διάθες, κατάθες, παράθες, ἔκφρες, πῖθι, ἄμβατε* Ach. 732, *ἀπόδοτε, παράδοτε.*

Hic puto nonnulla addenda esse de imperativis cum simplici *βῆθι* compositis, quorum ultimae syllabae per *ἀποκοπὴν* quae vocatur auferri solent. Quod paene semper fit apud Euripidem, ut qui *ἀποκοπὴν* quinquies ad-

missam uno loco I. T. 1061 vitaverit. Verum Aristophanes utrique formae aeque favet; nam breviorem exhibet locis sex, cum integram septies usurpet. Apud Sophoclem uno loco O. C. 162 legitur forma integra *ἀπόβαθι*. Apud Aeschylum denique nihil inveneris praeterquam simplicem imperativum eumque syllaba *θι* abiecta mutilatum: *βᾶ* Sup. 859, 869, quem nemo praeterea imitatus est.

c) imperativus perfecti

si a forma omnium communi *ἴσθι* discesseris, minime volgaris est. Legimus tamen imperativos hos: apud Aeschylum et Euripidem *ἄνωχθι;* apud Aeschylum *πέπισθι* Eum. 589; apud Sophoclem et Euripidem *ἴστε;* apud Sophoclem duos *κάτισθι, παρέστατε;* apud Euripidem duos *σύνισθι, ἄνωχθε;* apud Aristophanem tres *δέδιθι, ἕσταθι, κέκραχθι.*

d) imperativus aoristi passivi

paullo crebrior est quam perfecti, sed haud ita frequens. Nam praeter *φάνηθι* formam ab omnibus usurpatam repperimus: apud Aeschylum duas *δέρχθητε, στάθητε;* apud Sophoclem quattuor *εὐλαβήθητι, πείσθητι, προφάνηθι, προφάνητε;* apud Euripidem septem *αἰδέσθητι, ἀπαλλάχθητι, διαλλάχθητι, κλίθητι, ὄφθητι, σώθητι, διαλλάχθητε;* apud Aristophanem quinque *ἐκκυκλήθητι, καταιδέσθητι, κατακλίνηθι, ἄρθητε, φάνητε.*

B. De imperativis thematicis.

Particula III. De tertiae personae imperativis thematicis.

Tertiae personae imperativis thematicis cum apud Aeschylum secundarum personarum septima pars compleatur, apud Sophoclem undecima, apud Aristophanem duodecima, quinta decima apud Euripidem: eadem fere frequentiae ratio efficitur, quae supra inter secundae et tertiae personae imperativos themate carentes intercedebat. —

Plurales formae rarissime usurpantur. Exstant enim omnino duodeviginti a praesente activi et medii, ab aoristo primo activi et secundo medii profectae. Quam formarum varietatem integram Aristophanes solus repraesentat, apud quem hos imperativos legimus, numero octo: *βοώντων, δρώντων; ἐκκοψάντων* Av. 583, *ἐπιμεινάντων* Nu. 196; *δικαζέσθων, λυέσθων, χρήσθων; ἐγγενέσθων* Ve. 1530. Quinque inveni apud Sophoclem *γελώντων, ἐπιχαιρόντων, πεμπόντων, σῳζόντων; ἀφαιρείσθων* Ai. 100; apud Aeschylum tres *γεμόντων, κυρούντων, φλεγόντων;* at Euripides, qui tertias personas minime amavit, duas tantum formas recepit, ambas ab activi praesente ducendas *ἐκκομιζόντων, χαιρόντων.* —

Transeamus nunc ad imperativos singulares, quorum numerus aliquanto amplior est.

1. imperativi medii

apud omnes multo rariores sunt quam activi.

a) imperativus praesentis

ex medii imperativis fere solus usitatus est. Deprehenditur enim: apud Aeschylum Sophoclemque bis *μελέσθω, ὁρμάσθω;* apud Aeschylum sexies *ἑπέσθω, ἐρεθιζέσθω, ποτάσθω, ῥιπτέσθω, τελείσθω, φερέσθω;* apud Sophoclem quater *ἐάσθω, πορευέσθω, σούσθω, σῳζέσθω;* apud Euripidem ter decies *αἰθέσθω, αἱρέσθω, βοάσθω, ἐναρχέσθω, ἐνδεξιούσθω, ἐξοσιούσθω, ἡγείσθω, λεγέσθω, νομιζέσθω, τιμάσθω, τυφέσθω, φαινέσθω, φορείσθω;* apud Aristophanem denique sexies *ἰάσθω, κατακοιμάσθω, μαχέσθω, παλαμάσθω, τεκταινέσθω, χαλάσθω.*

b) imperativus aoristi I

semel legitur apud Aeschylum Sup. 209 *δεξάσθω.*

c) imperativus aoristi II

reperitur apud omnes praeter Sophoclem: exstat autem: *γενέσθω* et una praeterea forma apud Aeschylum solum: *ἰδέσθω*.

2. imperativi activi.

a) imperativus praesentis

ceteris usitatior, apud omnes aeque frequens est. Inveniuntur enim formae hac: apud Aeschylum Sophoclem Aristophanem *φερέτω*; apud Aeschylum et Sophoclem tres *ἀρκείτω, δράτω, κρατείτω*; apud Aeschylum et Aristophanem tres *ἐχέτω, κυκάτω, ταρασσέτω*; apud Sophoclem Euripidemque tres *ἐρρέτω, κομιζέτω, στεργέτω*; apud Sophoclem et Aristophanem *ἑρπέτω*; apud Euripidem et Aristophanem *χαιρέτω*; praeterea apud Aeschylum tredecim; apud Sophoclem novem; apud Euripidem viginti una; apud Aristophanem undeviginti, quas enumerare longum est.

b) imperativus aoristi I

ab omnibus adhibetur. Legi autem: apud Aeschylum imperativos tres *δοκησάτω, κατολολυξάτω, μελησάτω*; apud Sophoclem quinque *ἀνολολυξάτω, κινησάτω, πορευσάτω, πραξάτω, νικησάτω*; apud Euripidem unum *διδαξάτω* Hip. 662; apud Aristophanem sedecim *ἀπιστησάτω, βοηθησάτω, βωσάτω, βωστρησάτω, εἰπάτω, κατειπάτω, ἐνεγκάτω, εἰςενεγκάτω, ἐξενεγκάτω, ἐκλακτισάτω, ἐςκυκλησάτω, καλεσάτω, παταξάτω, στησάτω, φράσατω, φυσάτω*.

c) imperativus aoristi II

legitur apud Aeschylum Euripidem Aristophanem, quorum communis est forma *ἐλθέτω*. Praeterea Aeschylus exhibet imperativos quattuor *εἰςελθέτω, ἐξελθέτω, ἐπελθέτω, ἐπιδέτω*; Euripides, licet primi aoristi formas prorsus repudiaverit, quinque *ἀπελθέτω, ἐπισχέτω, μετασχέτω, παρασχέτω, ἐξελέτω*; Aristophanes duos *λαβέτω, προςελθέτω*. — At Sophocles ut supra medii, sic etiam activi imperativis caret.

Particula IV. De secundae personae imperativis thematicis.

1. imperativi medii.

a) imperativus praesentis

apud omnes multo crebrior est quam sunt aoristorum imperativi. Quia autem inutile molestumque videtur, formas cunctas exscribere atque apponere, delectus potius habeatur eiusmodi, ut enumerentur tantummodo a duobus simul vel tribus poetis usurpatae. Quam rationem tenebo in pertractandis reliquis deinceps imperativorum generibus. — Sunt igitur praesentis imperativi: Aeschyli Sophoclis Aristophanis communes hi, numero quattuor *προςεύχου, φοβοῦ, φράζου, εὔχεσθε*; Aeschyli Euripidis Aristophanis hi, numero quattuor *ἡγοῦ, πυνθάνου, φυλάσσου, γοᾶσθε*; Aeschyli et Sophoclis quattuor *γράφου, δέρκου, αἰδεῖσθε, ὁρμᾶσθε*; Aeschyli et Euripidis sex *βουλεύου, ἐξηγοῦ, ἵζου, κομίζου, παραμυθοῦ, μέλεσθε*; Aeschyli et Aristophanis unus *αἱροῦ*; praeterea Sophoclis Euripidis Aristophanis hi, numero tredecim *αἰτιῶ, διδάσκου, εὐλαβοῦ, ἔχου, ἀντέχου, πείθου, πειρῶ, ποιοῦ, φείδου, χρῶ, αἴρεσθε, ἕπεσθε, θεᾶσθε*; Sophoclis et Euripidis septem *βούλου, γίγνου, ἐπαιτιῶ, θυμοῦ, λογίζου, σῴζου, φείδεσθε*; denique Euripidis Aristophanisque novem *ἅπτου, ἀσπάζου, ἐπείγου, μάχου, στεφανοῦ, στρέφου, ὑπισχνοῦ, φθείρου, δέχεσθε*.

b) imperativus aoristi I.

Aoristi I medii imperativi ab Aeschylo rarius adhibiti apud tragicos posteriores Aristophanemque aliquatenus increbrescunt. Quod etiam in activi cadit primi aoristi formas. — Enumerandi autem sunt hi imperativi: Aeschyli communis cum Sophocle et Aristophane *φύλαξαι*; cum

Euripide *ἀσπάσασθε*; cum Aristophane *φράσαι**); Sophoclis vero Euripidis Aristophanis communes sunt quattuor *δέξαι, παῦσαι, παύσασθε, σκέψασθε*; Sophoclis et Euripidis duo *ἄμειψαι, ῥῦσαι*; Euripidis Aristophanisque quinque *ἀπόκριναι, γεῦσαι, θέασαι, λόγισαι, χάρισαι.*

c) imperativus aoristi II.

Aeschyli et Sophoclis communis est una forma *πίθεσθε*; Aeschyli et Euripidis una *ἰδοῦ*; Aeschyli Aristophanisque una *ξυγγενοῦ*; tum Sophoclis Euripidis Aristophanis una *πυθοῦ*; denique Euripidis et Aristophanis communes tres *ἀναβαλοῦ, λαβοῦ, λάβεσθε.*

2. imperativi activi.

a) imperativus praesentis

apud omnes videlicet aliquanto saepius legitur quam aoristorum. — Ex magna autem, quae suppetit, harum formarum multitudine enumerabo has: ab Aeschylo Sophocle Aristophane adhibitas duas *ἐγκόνει, μάτευε*; ab Aeschylo et Sophocle septem *ἐκδίδασκε, ἐκμάνθανε, κράτει, κρῖνε, στένε, τεῖνε, τιμᾶτε*; ab Aeschylo Euripide Aristophane duodeviginti *ἄϊε, ἄναγε, εἴςαγε, ἄνοιγε, γίγνωσκε, δίωκε, ἔγειρε, ζήτει, θεῖνε***), *πέραινε, φεῦγε, φθόνει, φρόντιζε, χάλα, εὐφημεῖτε, θαρσεῖτε, κλύετε, σιγᾶτε*; ab Aeschylo et Euripide sedecim *ἄπεχε, ἄρασσε, βούλευε, ἐςκόμιζε, εὔφραινε, ἡσύχαζε, θρόει, κοινώνει, λεῖπε, πέλαζε, πόνει, δοκεῖτε, νομίζετε, πέμπετε, σκοπεῖτε, στείχετε*; ab Aeschylo et Aristophane tres *βόα, ἔκβαινε, προπέμπετε*; a Sophocle Euripide Aristophane viginti unam *αἶρε, ἔπαιρε, ἄπαγε, δρᾶ, ἔρρε, ἐρώτα, ἔχε, κίνει, κόλαζε, μένε, νόμιζε, νουθέτει, παῦε, πεῖθε, πρόςφερε, σίγα, σκόπει, βοᾶτε, ἐᾶτε, ἐγκονεῖτε, καλεῖτε*; a Sophocle et Euripide viginti

*) Apud Aristophanem legitur *φράσσαι* Eq. 1058, 1067 in oraculis.

**) Apud Aristophanem legitur *θένε* Av. 54.

sex *ἀντέρειδε, ἄρχε, αὔδα, εἰςόρα, ἐκφύλασσε, ἔννεπε, ἔπειγε, ζῆ, θαύμαζε, κάλυπτε, κτεῖνε, λεῦσσε, νίκα, πύκαζε, τόλμα, αἴρετε, ἀνάγετε, ἀνοίγετε, βαίνετε, ἐγείρετε, ἕρπετε, ἴσχετε, κομίζετε, λείπετε, λεύσσετε, λήγετε*; a Sophocle et Aristophane duodecim *βλέπε, βράδυνε, ἔκφερε, ἔμβαλλε, ἧκε, θῦε, κάθιζε, μάνθανε, πρότεινε, φίλει, ζητεῖτε, φροντίζετε*; denique ab Euripide Aristophaneque quadraginta tres *ἄθρει, ἄλγει, ἄνεχε, πάρεχε, ἅπτε, ξύναπτε, ὕφαπτε, ἀφαίρει, ἔγχει, εἴςφερε, ἐκκάλει, ἔκπλησσε, ἔκτεινε, ἔλαυνε, ἕλκε, ἔξαγε, κάταγε, πάραγε, ὕπαγε, ἐξόρμα, εὕρισκε, κάταιθε, μέλλε, μέλπε, πῖνε, πλεῖ, ποίει, πρόβαινε, ῥῖπτε, σιώπα, σπένδε, σπεῦδε, τρέφε, φρούρει, ὤθει, ἐκφέρετε, ἕλκετε, κεντεῖτε, λαμβάνετε, ῥίπτετε**), *σπεύδετε, φράζετε, φυλάσσετε.*

b) imperativus aoristi I.

Constat hic quoque aoristi imperativos frequentia cedere praesentis formis, magis tamen apud Aeschylum quam apud ceteros poetas. Cui cum Sophocle et Aristophane communis est una forma *ἐπάκουσον*; cum Sophocle *πόρθμευσον*; cum Euripide et Aristophane tres *φύλαξον, ἀκούσατε, δείξατε*; cum Euripide quinque *ἀπάγγειλον, ἄρηξον, ἔκτεινον, κρῖνον, σήμηνον*; cum Aristophane duae *ἀμβόασον***), *ὀλολύξατε.* Huc accedunt: a Sophocle Euripide Aristophane pariter recepti imperativi septem *ἄγγειλον, λῦσον, μεῖνον, οἴκτιρον, παῦσον, σῶσον, εἴπατε*; a Sophocle et Euripide quindecim *ἄθρησον, αὔδασον, βόασον, ἔκσωσον, κρύψον, λῆξον, παῖσον, πίστευσον, σπεῦσον, στῆσον, ἀθρήσατε, ἐρείσατε, προπέμψατε, σημήνατε, σώσατε*; a Sophocle et Aristophane octo *ἐλέησον, ἔμπρησον, ὄρεξον, ποίησον, πρόςκυσον, ῥῖψον, οἰκτίρατε, σπεύσατε*; denique una ab Euripide Aristophaneque usurpati duodeviginti *ἄεισον****),

*) Apud Aristophanem legitur *ῥιπτεῖτε* Ec. 507.

**) Apud Aristophanem legitur *ἀναβόησον* Nu. 220.

***) Apud Aristophanem legitur *ᾆσον* Pax 1296.

ἀνάμεινον, ἀπότισον, βλέψον, δρᾶσον, ἐγκάναξον, ἔγχεον, ἐκφρόντισον, ἐπαίνεσον, κατοίκτιρον, κέλευσον, ὄμοσον, στρέψον, ὑπάκουσον, χάλασον, ἐάσατε, προςείπατε, σιγήσατε.

c) imperativus aoristi II.

Communicaverunt: Aeschylus cum Euripide et Aristophane formas duas *ἐλθέ, λαβέ*; cum Euripide duas *βάλε, ἔπιδε*; cum Aristophane unam *ἔμβαλε*; Sophocles cum Euripide et Aristophane quattuor *ἄπελθε, πρόςελθε, σύλλαβε, ἔλθετε*; cum Euripide quinque *σχές, κατάσχες, μόλετε, προςέλθετε, συλλάβετε*; Euripides cum Aristophane septem *ἄφελε, ἔξελε, ἔξευρε, μόλε, παράσχες, περίβαλε, ἀπέλθετε.*

d) imperativus perfecti

exhibetur ab Aristophane solo, apud quem notavimus formas duas: *κεκράγατε* Ve. 415 et *κεχήνατε* Ach. 133.

Pars II. De locis corruptis vel coniectando tentatis.

Altera hac parte, si quid ex priore sequi videretur, in verbis me poetarum de quibus agimus emendandis collocaturum esse pollicebar. Elegi autem locos fere quinquaginta; ad quos strictius modo modo fusius, prout res poposcerit, pertractandos ilico accingemur. —

Qu. I, 558. *ἵκεσθ' ἀνὰ κλόνον* contra metrum *AM*; *ἵκεσθον ἀνὰ* ci. Hermannus; *ἵκεσθε κατὰ* secundum Rhodomanni coniecturam recepit Koechlyus, Hermanni emendatione diserte repudiata his verbis: „Dualis ut omnino apud recentiores ita apud Quintum rarior est“. Nihilo setius altero loco V. 152, quo *ἐμεῖο* (scr. *ἐμοὶ*) *πείθεσθε* sequente vocali traditur, simillimam eiusdem viri docti, Hermanni, coniecturam *πείθεσθον* in textum intulit, nimirum quia alia hiatus medela non suppetebat. Constat autem

apud Quintum non imperativi solum*), sed omnino totius verbi dualem**) obsolevisse; quem coniectura invito poetae obtrudere haud fas est. — Multo tamen audacius etiam in Nonni Dionysiaca dualem Hermannus invehebat 19, 64, ubi pro codicum *ἔγειρον, ἐγείρετον* legendum esse coniecit.

Qu. IX. 313. *ἴσχεο τέκνον μήτι* A; *ἴσχε τέκος καὶ μήτι* cum V E 1 et recc. Koechlyus.

ἴσχε (sc. *σεαυτόν*) quod a tragicis adhibetur cf. Aesch. Ch. 1049; Eur. Hec. 1107, [Rh. 677], cum epicorum consuetudine pugnat, apud quos solus usitatus sit medii imperativus *ἴσχεο*. Qui apud Quintum ipsum quinquies praeterea in ineunte versu, sexies omnino, deprehenditur; pluralis

---

*) cf. pag. 2.

**) Nominis tantum et participii dualem Quintus admisit eumque raro. — Reperiuntur enim substantivi duales: Homerici duodecim *ἀνέρε* IV. 444; *ἄνδρε* I. 515; *κατὰ βλεφαροῖιν* XIII. 536, quod ex coniectura restituerunt etiam X. 432, XIV. 172, 302; *δοῦρε* IV. 588; *λέοντε* I. 524; *ὄσσε* X. 47, XI. 409, XII. 537, XIII. 11; *παῖδε* VII. 606; *πήχεε* XIV. 171; *ποδοῖιν* IV. 516, IX. 79; *υἷε* VI. 502, 516; *φῶτε* IV. 216, X. 119, XII. 338; *χεῖρε* III. 338; peculiares vero duo *βοοδμητῆρε* I. 524 et *θῶε* II. 298 (ubi tamen M. *θῶες*). Praeterea adiectivorum duales: Homerici duo *κραταιώ* I. 515, VI. 502, 516 et *κρατερόφρονε* IV. 216, XII. 338; peculiares item duo *ἀμύμονε* X. 119 et *ἀριδεικέτω* XII. 320. Huc accedunt participiorum: Homerici quattuor *βλαφθέντε* IX. 492; *ἰόντε* VI. 79 (ex ci. Rhodomanni pro *υἱόν τε*); *μεμαῶτε* I. 519; *φρονέοντε* VI. 216. At undecim ipse effinxit: *βεβαῶτε* II. 299; *ἐελδομένω* II. 240; *ἐθέλοντε* XII. 100; *εἰδομένω* I. 516; *ἐοικότε* IX. 406; *ἐριδμαίνοντε* V. 128, 229; *εὑρόντε* I. 525; *κλιθέντε* XIV, 173; *κοιρανέοντε* XII. 338; *παρακλίναντε* VI. 80; *τερφθέντε* IX. 53.

Denique pronominum et numeralium paucorum duales Quintus usurpavit, Homericos omnes, ex quibus frequentes sunt *ἄμφω, δοιώ, δύω, νῶϊν*, rariores *ἄλλω* IV. 215 et *τώγε* XIV. 173, 177.

Formas igitur 24 ab Homero accepit, de suo addidit 15. — Verbi vero dualium ne vestigia quidem indagaveris; quae si usquam in codicum scripturis latere viderentur, delenda potius erant quam temere augenda.

autem forma ἴσχεσθε tribus locis reperitur. Ideo scripturam, quam praebet A, secutus legendum proposuerim:

> *ἴσχεο, τέκνον, μηδὲ πελώριον υἷ' Ἀχιλῆος*
> *κτείνῃς.*

Cf. III. 633; praeterea Hom. *B* 247, *λ* 251, *χ* 356, 411; Ap. II. 23, ubi post ἴσχεο secunda membra per coniunctionem μηδέ adnectuntur.

Qu. IX, 537. εἰ δ' ἄγε mutilo versu A; εἴγ' ἄγε C 2; sequitur πολέμοιο μεδώμεθα. Cf. locos simillimos: Homeri

> *Δ* 418 et *E* 718 *ἀλλ' ἄγε δὴ καὶ νῶϊ μεδώμεθα θούριδος ἀλκῆς.*
>
> *Ω* 618 *ἀλλ' ἄγε δὴ καὶ νῶϊ μεδώμεθα, δῖε γεραιέ, σίτου.*

praeterea ipsius Quinti II. 153:

> *νῦν δ' ἄγε δὴ κοίτοιο μεδώμεθα.*

Nihilo minus Koechlyus recepit: εἰ δ' ἄγε ν ῦ ν; iniuria, nisi omnia me fallunt.

Nam formula ista cum ab Homero quater: *Π* 667, *T* 108, *α* 271, *β* 178; semel ab Apollonio III. 1; a Quinto semel XIII. 272 usurpetur, semper copulatur cum imperativo, numquam sicut hic cum coniunctivo. Et omnino animadvertisse mihi videor, in eiusmodi locutionibus ad particulam νῦν imperativum adiungi solere. Certe etiam formulam ἀλλ' ἄγε νῦν apud Homerum imperativus novies sequitur:

> *Z* 340 (cf. *α* 309, *δ* 587), 354 (cf. *π* 25), 431; *O* 258; *γ* 17; *ϑ* 241 (cf. *τ* 378); *μ* 298 (cf. *σ* 55); *τ* 357; *ψ* 20.

coniunctivus bis tantum:

> *ξ* 393. *ἀλλ' ἄγε νῦν ῥήτραν ποιησόμεθα.*
> *ϱ* 190. *ἀλλ' ἄγε νῦν ἴομεν.*

et apud Apollonium imperativus semel I. 832, coniunctivus nusquam. Itaque ne nostro quidem loco IX. 537 Koechlyi

εἰ δ' ἄγε νῦν cum coniunctivo contra epicam consuetudinem copulatum admittatur, sed, praecunte Rhodomanno, quod suadent Homerici loci a Quinto imitatione expressi, restituatur:

> *εἰ δ' ἄγε δὴ πολέμοιο μεδώμεθα.*

Quae formula licet apud Quintum nusquam praeterea exstet, tamen ab Apollonio bis cum coniunctivo I. 657, II. 686; ab Homero semel cum coniunctivo *φ* 217, cum imperativo semel *μ* 112 (cf. *ψ* 35) coniuncta adhibetur. Etenim voculae δή peculiaris videtur esse cum coniunctivo copulatio; nam etiam ἀλλ' ἄγε δή ab Homero sic usurpatur duodecies:

> *Δ* 62; *Γ* 441; *Δ* 418 (cf. *E* 718 et *Ω* 618); *E* 249; *Δ* 348 (cf. *X* 231); *Y* 351; *Φ* 60; *Ψ* 537; *Ω* 356; *κ* 286; *ν* 215; *ϱ* 274.

cum imperativo septies tantum coniungitur:

> *K* 479; *Φ* 221; *Ψ* 313; *Ω* 429, 522; *η* 162; *ϑ* 492.

Quintus vero, imperativo prorsus reiecto, formulas, quae particulam δή continent, semper cum coniunctivo composuit: νῦν δ' ἄγε δή bis II. 153 et X. 13; ἀλλ' ἄγε δή ter II. 275, III. 522, X. 11*). Qua causa ductus altero Quinti loco, II. 72, ubi ἀλλ' ἄγε σύ mutilo versu exhibent A M, non ἀλλ' ἄγε δὴ σύ, quod Koechlyus edidit, sed ob imperativum sequentem secundum Rhodomanni coniecturam scripserim ἀλλ' ἄγε ν ῦ ν:

---

*) Huc accedit XII. 229 sq., ubi cum:

> *ἀλλ' ἄγε δὴ μένος ἠΰ καὶ ἄλκιμον ἐν φρεσὶ θέντες*
> *καὶ γάρ τις* etc.

exhibeat codex optimus M, Koechlyus signa lacunae posuit sic fere supplendae:

> *ἵπποιο σπεύδωμεν ἐϋξόου ἔνδον ἱκέσθαι.*

In A et vulgo perverse pro θέντες correctum legitur θέσθε, quod vel propter δή ferri non posse, ex iis apparet, quae supra disputavimus.

*ἀλλ' ἄγε νῦν σὺ μὲν αὐτὸς ἀπόσχεο δηϊότητος**).

Qu. XI. 494. *ἴσχεο* A, quod ineptum. *ἵκεο* recepit Koechlyus, quod quomodo per metrum stare possit, non perspicio. Nam huius imperativi syllaba prima ut a nullo praeterea poeta ita ne a Quinto quidem producta est; etiam I. 558 pluralis forma *ἵκεσθε* secundum normam adhibetur cum *ι* brevi. Quapropter acquiescendum est leni Rhodomanni et Scaligeri emendatione *ἔρχεο* scribentium; qui imperativus, cum apud Homerum locis sedecim exstet, ter decies sicut hic in primo pede legitur. Apud Quintum quoque semel III. 52 reperitur, ubi primum pedem occupat.

Qu. XII. 51 sq. *μητιάασθε*, tum *πίθεσθε* vel *πείθεσθε* codd. Koechlyus cum imperativum *πίθεσθε* ad hiatum leniendum in *πιθέσθαι* mutaret, ob concinnitatem, ut videtur, etiam pro *μητιάασθε* recepit *μητιάασθαι*. — Verum Quintus imperativi et infinitivi pro imperativo positi usurpationem studio quodam variavit: cf. IV. 297

ἀλλ' ἄλλον νέοι ἄνδρες ἐπεντύνεσθαι ἄεθλον
πυγμαχίης, καὶ θυμὸν ἰήνατε Πηλείωνος.

Sic sine lectionis discrepantia, nisi quod vulgo perperam legebatur *ἐπεντύνεσθε*. Cf. praeterea: XII. 29 sqq.

λαοὶ δ' ἀπὸ νόσφι νέεσθαι
ἐς Τένεδον σὺν νηυσὶν, ἐνιπρῆσαι δ' ἄρα πάντες

*) Reliquas adhortationis formulas ut breviter enumerem, *ἄγε* et *ἄγε δὴ* Homeri peculiares sunt et componuntur: hoc cum imperativo ter, illud cum coniunctivo bis et cum imperativo quater; exstat praeterea apud Homerum Quintumque *νῦν δ' ἄγε*: apud hunc cum imperativo bis, bis apud Homerum cum coniunctivo; tum apud Homerum Apollonium Quintum *ἀλλ' ἄγε* et, quod aliquanto rarius est, *εἰ δ' ἄγε*, quae formulae ambae praeter imperativum etiam coniunctivum admittunt. — Ex tanta autem harum formularum varietate (sunt enim, si *ἀλλ' ἄγε δή, εἰ δ' ἄγε δή, ἀλλ' ἄγε νῦν, εἰ δ' ἄγε νῦν*, de quibus modo dixi, addideris, apud Homerum novem in usu) valde miror nullam a Nonno usquam receptam esse.

ἃς κλισίας etc. etc. etc.

ἀλλά τις ἀνὴρ
μιμνέτω ἔκτοθεν ἵππον etc. etc.
καὶ τὰ μὲν ὣς ἐπὶ δηρὸν ἀνειρομένοισι πιφαύσκειν.

Huc accedit locus, qui certam illam quidem, sed tamen emendationem, passus est: VII. 87

ἔλπεο δ' αἰὲν ἀρείονα μηδ' ἐπὶ λυγρῷ
θυμὸν ἔχειν.

ubi in codicibus *ἔλπεαι* vel *ἔλπεε*; corr. Hermannus. — Duos praeterea locos egregie emendaverunt Koechlyus et Lehrsius; hic cum *ἰσχέμεν* pro *ἴσχομεν*; ille cum *μιμνέμεν* pro *μίμνετε*, conicerent. Sunt autem hi:

XII. 234 *ἀλλ' ἄγ' ἀριστῆες μὲν ἐῢν λόχον ἐντύνεσθε·*
οἱ δ' ἄλλοι Τενέδοιο πρὸς ἱερὸν ἄστυ μολόντες
μιμνέμεν, εἰςόκεν etc. etc.

XIV. 166 *μηκέτι νῦν μέμνησ', ἀλλ' ἰσχέμεν ἄλγεα θυμῷ.*

Restant duo tantum loci, quibus Quintus infinitivo pro imperativo usus est; sunt:

IX. 101 *μήτε τιν' ἄλλον Ἀχαιὸν ὑποτρομέειν.*

IX. 493 *μηδ' ἡμῖν χόλον αἰνὸν ἐνὶ φρεσὶ σῇσι βαλέσθαι.*

Qui loci cum non integri sint, suo iure lacunas Koechlyus statuit, in quas imperativi alicuius formas incidisse, propter verborum contextum probabiliter conieceris.

Videtur igitur Quintus nusquam infinitivum imperativi loco adhibuisse, nisi altero simul imperativo adiuncto. — Quae cum ita sint, codicum *μητιάασθε* servato, quae forma semel apud Homerum *X* 174 et semel apud Quintum in libro eodem XII. 9, sicut hic in clausula, reperitur, etiam nostro loco XII. 51 legamus imperativum cum infinitivo copulatum:

μηκέτι νῦν δόλον ἄλλον ἐνὶ φρεσὶ μητιάασθε,
ὦ φίλοι, ἀλλὰ πιθέσθαι ἐϋπτολέμῳ Ὀδυσῆι.

Non. D. 7, 39. *μακάρων δέ τις ἄλλος*
πηδάλιον βιότοιο παλιννόστοιο δεχέσθω·
ἄλλος ἐμῶν ἐτέων ἐχέτω δρόμον.

sic codd. Koechlyus ci. pro *ἐχέτω*: *ἀγέτω*; quae coniectura cum satis otiosa sit, tum refutatur altero Nonni loco 29, 66:

ταυροφυὴς ἐχέτω κεραελκέα ταῦρον Ὑδάσπης·
γαῖα δὲ κυανέη μελανόχροα ἄρνα δεχέσθω.

Ambobus locis componuntur idemque prorsus significant imperativi *ἐχέτω*, *δεχέσθω*.

Non. D. 16, 319. *ἔγρεο* codd.; *ἔρχεο* ci. et recepit Koechlyus, hoc lemmate adiecto: „*ἔγρεο* hic quidem non quadrat; neque enim dormit Pan.“ Idem altero loco 44, 309 pro tradito *ἔγρεο* eandem coniecturam proposuit, in textum recipere non ausus. — Iam primum illud concedendum est, 16, 319 de Pane dormiente minime cogitari posse; atque etiam 44, 309 Bacchus loquitur cum Autonoa exsomni. Quod et ex versibus 281 sq. perspicitur:

βακχεύσας δ' (*Διόνυσος* sc.) *ἀχάλινον Ἀρισταίοιο γυναῖκα*
Αὐτονόην ἐκάλεσσε.

et lucide apparet ex 45, 1:

Ὣς φαμένου Βρομίοιο δόμων ἐξέδραμε νύμφη.

Etenim si sopita fuisset Autonoa, nunc de experrecta aliquid adderetur. Quod non factum est a poeta; aliis locis diserte factum est. Cf. exempli gratia: 5, 534 sq. ubi Aristaeus Actaeonis filii simulacrum in somno secum colloquens audierat:

καὶ Αὐτονόης παρακοίτης
ἄνθορεν ὀμφήεντος ἀπορρίψας πτερὸν ὕπνου.

vel 29, 362 sq. ubi Mars speciem in quiete viderat:

καὶ αὐτίκα κῶμα τινόξας
θερμὸς Ἄρης ἀνέπαλτο.

vel denique 47, 188. ubi Icari umbra Erigonae filiae per somnum se obtulerat:

κούρη δ' ἐγρομένη etc. etc.

Tale aliquid etiam nostro loco de Autonoa Nonnus diceret, si illam dormientem induxisset. — Vigilet igitur. Quid? Nonne etiam de vigilante — sive Pan est, sive Autonoa —

intellegatur *ἔγρεο*, dum interpretemur: „eripe te ex otio ignavo; strenue agito“? Quae interpretatio apud ipsum Nonnum latius patet. Nam 23, 303, ubi, ut sibi in certamine contra Bacchum suscipiendo opituletur, a Thetide Oceanus postulat, verba *ἔγρεο, Τηθύς* num aliter intellegi possunt? — Itaque utroque loco, quo Koechlyus iniuria offenditur, stemus lectione *ἔγρεο*, quae 44, 309 vel propter consensum cum 29, 359: *ἔγρεο, καὶ σὺ γένοιο γαμοστόλος* et *ἔγρεο, καὶ σὺ γένοιο δολοπλόκος* retinenda videtur esse.

Non. D. 19, 175. *νεοσπάστου* M; *νεοσπίστου* edd; *νέης πιέτω* corr. Hermannus; quae emendatio egregia comprobatur locis 17, 172 et 27, 39, quibus *ω* imperativi *πιέτω*, ut hic, in quartam arsin incidit.

Non. D. 23, 250. *ἀλλὰ τεῶν ὑδάτων ἔτι φείδεο* codd. Koechlyus Nonno prorsus incognitam formam obtrudere malit: *ἐπιφείδεο*. Verum *ἔτι φείδεο* plane Nonnianum esse, docet 38, 338:

πλωτῆς δ' ἱπποσύνης ἔτι φείδεο.

utroque loco *φείδεο* incidit in quartum pedem.

Non. D. 29, 113. *ἀλάσθω* codd.; *ὀλέσθω* ci. Koechlyus quod nequaquam necessarium. Nam *ἀλάσθω*, quod sex praeterea locis, semper in fine versus, apud Nonnum legitur, saepe idem, quod *ἐρρέτω*, significat. Cf. 15, 416 ubi de fistula pastoris interempti dicitur: *αὐλὸς ἀλάσθω*. Sic nostro loco facile intellegitur:

ἑσμὸς ἀλάσθω
Βασσαρίδων.

Non. D. 37, 194. *νίκησον* codd. Quid spectans Koechlyus *κύδηνον* coniecerit, equidem non assequor. Nam:

καὶ καμάτους νίκησον Ἀρισταίοιο τοκῆος

commode vertimus: „supera patris labores“ (überbiete).

Non. D. 42, 304. *κόμισσε* codd.; de qua lectione valde dubito. Neque enim putaverim, mixtum quem vocant imperativum a Nonno novatum esse, quippe qui unum tantum eumque, Homerico *δύσεο* respecto, *ὑποδύσεο* 37,

190 effinxerit. Aliter autem per grammaticae normam hunc imperativum intellegi non posse, manifestum est. Etenim ne dira quidem versus necessitate poeta cogebatur insolitam istam formam admittere, ut 6, 354, ubi *ἕσπεο* pro *ἕπεο,* et 15, 344, ubi *περίχευε* pro *περίχεε* recepit. In *κόμιζε* ergo, quod ter legitur apud Nonnum 11, 205; 20, 267; 25, 264, velim librorum *κόμισσε* mutetur. Cf. 10, 303, ubi simile mendum exhibet codex M., *ἀερτάζοιεν,* a Rhodomanno *ἀερτάσσειεν* rescribente sublatum.

Non. D. 48, 844. *μὴ κοτέῃς ὅτι* codd. et Koechlyus; *μὴ κοτέσῃς* tentabat Graefius. Cf. 11, 200, ubi item *μὴ κοτέῃς ὅτι* legitur in codicibus omnibus. Aliud praeterea huius prohibitivi inusitati exemplum, quod non facile sustuleris, exstat 11, 321 *μὴ δάκρυα λείβῃς*; atque etiam 11, 201 codicum *μὴ φθονέῃς* tenendum est, ubi frustra tentabant *μὴ φθονέσῃς.* Nec de lectione codicis Laurentiani 8, 361 *ἀπαιτίζῃς* (ubi M. *ἀπαιτίξῃς*) iure quisquam dubitaverit. Hic usus fortasse latius patet. Nam quominus 14, 274 *μὴ ἐντύνητε;* 26, 121 *μὴ κατακτείνητε;* 35, 313 *μὴ ἐπεντύνῃς*; 42, 376 *μὴ αἰσχύνῃς* praesentis formas putemus esse, nulla grammatica certe causa obstat. Neque ita mirum, quod pro negativo imperativo coniunctivum praesentis cum *μὴ* copulatum Nonnus usurpat, apud quem etiam simplex coniunctivus nonnumquam vim imperativam acceperit; praesentis quidem raro: 2, 384

καὶ βόες ὑγρὰ κέλευθα μεταλλάσσωσι Σελήνης

praeterea 48, 290, ubi tamen formam *ἰθύνωσι* ad aoristum referre licet:

σὸν δρόμον ἰθύνωσι δυώδεκα Κυκλάδες Ὧραι.

Aorisi vero imperativus sic adhibetur locis quindecim: 1, 403; 2, 316; 8, 228, 384; 9, 84; 20, 249, 250; 27, 91, 131; 35, 353; 39, 142, 162, 168, 211; 46, 340. Ad quos unum addiderim 42, 513, ubi codices exhibent *ἀεθλεύσοιτε.* Praesentis enim aoristive optativus licet locis fere centum

quadraginta apud Nonnum imperativi vice fungatur, futuri hoc uno exstat, qui quomodo intellegendus sit, nescio. Nam et *ἀεθλεύσετε* et *ἀεθλεύσαιτε* vel *ἀεθλεύοιτε* intelleguntur; *ἀεθλεύσοιτε* vero non minus portentosum est, quam si quis imperativum a futuro profectum formaverit*). Quare scribatur:

ἄμφω ἀεθλεύσητε γάμον προκέλευθον ἀγῶνα.

secundum 35, 353: *σήμερον ἀθρήσητε.* Etenim ne quis *ἀεθλεύσαιτε* vel, quod a scriptura magis recedit, *ἀεθλεύοιτε* poetam dedisse suspicetur, Nonnus optativi tertia singulari et plurali, praeterea secunda singulari, vix tamen plurali, pro imperativo utitur.

Sequuntur loci tragicorum et Aristophanis.

Aesch. Se. 695. *πείθου* M.; *πιθοῦ* corr. Blomfieldius.

De formis *πείθου* et *πιθοῦ*, *πείθεσθε* et *πίθεσθε.* Si discesseris a locis tribus, ubi *πείθου:*

Soph. O. C. 520; Eur. An. 233, [Rh. 986];

et quindecim praeterea, ubi *πιθοῦ* metro postulatur:

Aesch. Su. 510 corr. Stanleius; Soph. O. R. 650, 1064, O. C. 1181, 1441 (ubi *πείθου* codd.), An. 992; Eur. Hec. 400, Hip. 510 (ubi in *A* *πείθου*), 889, I. A. 1435, 1460, Ba. 302, Her. 174, Hel. 322, 452

restant apud tragicos loci 22, quibus per versus numeros et *πείθου* et *πιθοῦ* scribere licet. Ex quibus in quinto senari pede praebent *πείθου* loci duo:

Eur. Al. 804, Hel. 993;

πιθοῦ loci tres:

---

*) Loci Pindarici Ol. VI. 97 prorsus eadem est ratio, ubi pro inepta codicum lectione: *μὴ θραύσοι χρόνος ὄλβον ἐφέρπων* substituerunt: Boeckhius cum scholiastarum uno *θράσσοι;* Hermannus *θραύσαι.* Poterat etiam *θραύοι* tolerari.

Eur. Al. 1112 (ubi *πείθου* codd. deteriores), I. A. 724, Cy. 307.

In primo autem pede traditur *πείθου* decies:

Aesch. Se. 695, Ag. 1007, Pr. 1038; Soph. El. 1015, 1207, Tr. 470, 1228; Eur. Hel. 1394, Al. 1103, [Rh. 584]; septies in eodem pede legitur *πιθοῦ*:

Aesch. Ag. 907; Soph. O. R. 1434; Eur. Or. 1101, Hec. 825, An. 387, I. A. 738, 1211.

Quia autem non verisimile est, formam utramque in pedibus iisdem, primo scilicet et quinto, promiscue a tragicis admissam esse, ea restituatur necesse est, quae cum aptior sit his pedibus, tum frequentius a tragicis adhibetur. Hoc est *πιθοῦ*, quod locis 25 aut metro efflagitatur aut certe traditur, cum *πείθου* scribi tantum locis 15 aut metrum aut codices iubeant. Quapropter recte apud Aeschylum et Sophoclem in primo pede a Blomfieldio, Dindorfio aliis *πείθου* in *πιθοῦ* mutatum est. Sic etiam apud Euripidem Al. 1103 codicum B. C. lectionem *πείθου* mutarunt in *πιθοῦ*. Quod etiam Rh. 584 facere debuerant, ubi equidem legerim pro *πείθου, πάλιν στείχωμεν*:

πιθοῦ· πάλιν στείχωμεν.

Sed Hel. 1393/94

ἥν σοι μὴ κακῶς δόξω λέγειν
πείθου, μέν' αὐτοῦ.

necessarium est *πείθου*. — Pauca praeterea addenda sunt de loco Euripidis Al. 804, ubi, quod in quinto pede legitur, *πείθου* propter concinnitatem mutaverim in *πιθοῦ*:

τὰ δ' ἄλλ' ἔασον ταῦτα καὶ π ι θ ο ῦ λόγοις
ἐμοῖσιν; non *πείθου*.

Quamquam verba *πείθου λόγοις* coniuncta sic in fine senari collocantur etiam Eur. Hel. 992/93:

κτεῖν' εἰ δοκεῖ σοι· δυσκλεῶς γὰρ οὐ κτενεῖς.
μᾶλλόν γε μέντοι τοῖς ἐμοῖς πείθου λόγοις

ubi propter praesens *κτεῖν'* standum est lectione *πείθου*. — Denique quod pluralem imperativum attinet, *πίθεσθε* nusquam traditum est, *πείθεσθε* locis quattuor: Eur. Cy. 475, ubi *πείθεσθε* necessarium est:

χὤταν κελεύω, τοῖσιν ἀρχιτέκτοσι
πείθεσθ'.

Verum Aesch. Eum. 752 metro postulatur *πίθεσθε*, quod restituit Turnebus. Pr. 277 Blomfieldius correxit: *πίθεσθε — πίθεσθε*; antecedit enim *ἀκούσατε*, sequitur *συμπονήσατε*. Etiam Soph. O. R. 1414 pro codicum *πείθεσθε* propter concinnitatem iure scripserunt *πίθεσθε*.

Aesch. Ch. 889. *δήσεται* M.; corr. Sophianus. *αἴδεσαι* legitur etiam: Eum. 531; Soph. Ai. 506, 507; Eur. I. A. 1248.

Aesch. Sup. 583. *ἐνόςπερ* M.; corr. Robertellus. *ἔνισπε* legitur Hom. *δ* 642 et Qu. Sm. XIV. 209. Quem aoristi imperativum nusquam praeterea tragici receperunt. Sed praesentis imperativus ad radicem eandem referendus, *ἔννεπε**), apud Sophoclem et Euripidem in usu est. Ille epicam formam *ἔννεπε* integram servavit locis duobus, semel in diverbio O. C. 32, semel in cantico Ph. 142. At Euripides, qui hoc imperativo septem locis iisque omnibus paene dochmiaco metro scriptis utitur, praetulit formam *ἔνεπε*, quam, invitis codicibus praeter B. Hip. 578 fere omnibus, recentiores restituerunt locis hisce:

Hip. 572, 578 bis; Her. 95 (corr. Hermannus), praeterea Or. 1254, ubi metro iubente in altera certe editione Kirchhoffius *ἔνεπε* revocavit. Quod tamen non faciendum erat Ba. 1030, ubi recte se habere codicum *ἔννεπε*:

ἔννεπε, μοὶ φράσον — ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –́

---

*) cf. Hom. *α* 1; Ap. Rh. IV. 2; Non. D. 7, 286; 11, 447; 17, 273; 40, 565; 46, 12.

docet versus strophae, qui respondet, 1023*):

εὐάζω ξένα — –́ –́ ⏑ –́

Est ea dochmi forma, quae a spondeo orditur. — Venio ad locum Tr. 1228, quo pro lectione *ἔννεπε* item *ἔνεπε* Seidlerus coniecit, recepit Kirchhoffius. Sed ne sic quidem versus 1228:

Ἑκάβη, σάφ' (corr. pro *σάς*) *ἔνεπε, τίνα ϑροεῖς αὐδάν*

plane respondet versui 1226:

πιτυλοὺς διδοῦσα χειρὸς ἰώ μοί μοι

quia verba *τίνα ϑροεῖς* tribrachyn cum longa, verba *χειρὸς ἰώ* vero dactylum cum longa explent. Quare aut istud quoque mendum tollendum est, quod facile fit, si pro *ἰώ* scribatur *ὦ*, aut potius nihil omnino mutandum. Nam si in verbis *τίνα ϑροεῖς* et *χειρὸς ἰώ* trochaeus et dactylus, quidni etiam dactylus et trochaeus sibi respondeant in *σάφ' ἔννεπε* et *διδοῦσα*? Huc accedit, quod in eiusdem fabulae, Troadum, versu 249:

τοὐμὸν δὲ τίς ἄρ' ἔλαχε τέκος, ἔννεπε,
τλάμονα Κάσανδραν

epica forma *ἔννεπε* metro postulatur; quae vix dubium est, quin etiam in versu 1228, de quo diximus, contra Seidlerum et Kirchhoffium retinenda sit.

Aesch. Pr. 1042. *ῥιπτείσϑω* M.; *ῥιπτέσϑω* recc. Formae a *ῥιπτέω* ortae exstant apud tragicos hae: *ῥιπτεῖ* Soph. An. 131, Tr. 177; *ῥιπτεῖν* Eur. Tr. 729; *ῥιπτοῦντες*

*) Etenim manifesta, quamvis a Kirchhoffio non notata sit, inter versus 1019—24 et 1025—31 responsio intercedit. Quae paullulum turbata est. Sunt enim versus 1026 verba *ὁ Διόνυσος ὁ Διόνυσος* aperte ex glossemate orta, tum per casum vel consulto iterata. Nam genuina lectio videtur esse *ὁ ϑεὸς* (cf. v. 1020). Qua recepta restituitur dimeter dochmiacus:

ὁ ϑεὸς, οὐ Θῆβαι, κράτος ἔχουσ' ἐμόν.

qui respondet dimetro dochmiaco strophae:

ὦναξ Βρόμιε, ϑεὸς σὺ φαίνει μέγας

Her. 150; *ῥιπτοῦντε* Hel. 1095. Sed imperativi forma *ῥίπτετε* metro poscitur Eur. Tr. 776, 780 et H. F. 931 (corr. Stephanus). Apud Aristophanem legitur *ῥιπτεῖτε* Ec. 507.

Soph. O. R. 604. De formis *πεύϑου* et *πυϑοῦ*. *πυϑοῦ* legitur Eur. Hel. 318; et Soph. O. R. 604 Laurentianus A exhibet *ἔπυϑου*, quod propius ad *πυϑοῦ* accedit quam ad *πεύϑου*. Quare etiam Soph. Tr. 387 Nauckius codicum lectionem *πεύϑου* iure mutat in *πυϑοῦ*, licet verbum *πεύϑεσϑαι* a tragicis usurpetur. Imperativi autem *ἐκπεύϑου* Aesch. Pe. 931 et *προςπεύϑου* Soph. O. C. 122 non faciunt huc, quia leguntur in canticis, formae vero, de quibus agimus, in primo senari pede. In diverbio ubi praesentis imperativus requiritur, adhibetur a tragicis *πυνϑάνου* cf. Aesch. Ch. 841 (ubi antecessit *πεύϑομαι* et sequitur *πεύϑεσϑαι*); Eur. Tr. 248, I. T. 797; etiam Ar. Ach. 104.

Soph. O. C. 666. *οἶδ' ὅτι* codd.; *ἴσϑ' ὅτι* ci. Maehlyus. cf. Ar. Nu. 331, Av. 1010, ubi *οἶσϑ' ὁτιή* codd.; *ἴσϑ' ὅτι* et *ἴσϑ' ὁτιή* ci. Meinekius.

Constat imperativum illum *ἴσϑι* apud tragicos Aristophanemque frequentissimum praeter volgarem cum participio et rariorem cum infinitivo constructionem coniungi cum *οὕνεκα* Soph. Ph. 232 vel saepius cum *ὡς* Soph. El. 1362; Ar. Nu. 458, Av. 604, sed numquam cum *ὅτι* nisi aut addatur demonstrativum: Soph. An. 98; Ar. Eq. 948, Nu. 1254 aut verba *ἴσϑ' ὅτι* enuntiationi inserantur. Cf. Soph. An. 758:

ἀλλ' οὐ τόνδ' Ὄλυμπον, ἴσϑ' ὅτι
χαίρων ἐπὶ ψόγοισι δεννάσεις ἐμέ.

vel Ar. Nu. 39:

τὰ χρέα ταῦτ' ἴσϑ' ὅτι
ἐς τὴν κεφαλὴν ἅπαντα τὴν σὴν τρέψεται.

Sic secundum Maehlyi coniecturam, quam supra commemoravi, etiam O. C. 666 legere licet:

ὅμως δὲ κἀμοῦ μὴ παρόντος ἴσθ' ὅτι
τοὐμὸν φυλάξει σ' ὄνομα.

Verum Meinekii lectio Ar. Nu. 331:

οὐ γὰρ μὰ Δί' ἀλλ' ἴσθ' ὅτι

tragicorum Aristophanisque consuetudini repugnat; item altera Av. 1010:

ἴσθ' ὁτιὴ φιλῶ σ' ἐγώ

qui locus fortasse rectius sic interpungitur:

οἶσθ' ὁτιὴ φιλῶ σ' ἐγώ.
κἀμοὶ πιθόμενος ὑπαποκίνει τῆς ὁδοῦ.

(du weisst, dass ich dir wol will; und somit etc.) Bergkius post *ἐγώ* signum interrogationis posuit.

Soph. O. C. 741. *ἧκον* Laur. A.; cf. Eur. Or. 1232, [I. A. 1624], ubi *ἵκου* codd. omnes; sed Aesch. Pe. 665; Soph. O. C. 1495; [Eur.] Rh. 226 legitur *ἱκοῦ*.

Non veri simile est praeter imperativum legitimum *ἱκοῦ* alteram hancque, si rem metricam spectes, prorsus eiusdem momenti formam a tragicis usurpatam esse; quod in eadem fabula (Oedipode Coloneo) poetam eundem admisisse, vix credibile est.

Soph. O. C. 1722. *λήγετε τοῦδ' ἄχους* codd.; *λήγετ' ἤδη τοῦδ'* propter strophae metrum ci. Hermannus. Cf. Eur. Ph. 1586: *οἴκτων μὲν ἤδη λήγετ'.*

Soph. Ph. 590.

σὲ θήσομαι τῶνδ' αἴτιον.
ποιοῦ λέγων.

Sic codd.; *τίθου* ci. Wecklinus, qui eodem iure etiam in versus antecedentis *σκοπῶ* offendere poterat:

ὅρα τί ποιεῖς, παῖ.
σκοπῶ κἀγὼ πάλαι.

Nam consulto Neoptolemum verba ab emporo usurpata devitare, luce clarius est.

Soph. Ph. 661. *πάρες* codd.; quod ineptum. *εἰ δὲ μή, οὐ θέλω* ci. Nauckius; *εἰ δὲ μὴ θέμις* O. Hense, quae coniecturae a codicum lectione nimis recedunt. Fortasse, interrupto Neoptolemi sermone (sicut fit in eadem fabula 1226, 1230, 1232) legendum est:

εἴ μοι θέμις, θέλοιμ' ἄν· εἰ δὲ μὴ πάρα —

Sic apte cohaeret, quod verbis iisdem usus respondet Philoctetes:

ὅσιά τε φωνεῖς, ἔστι τ', ὦ τέκνον, θέμις

et 667: *θάρσει· παρέσται ταῦτα σοὶ* etc. etc. etc.

πάρα locis sescentis apud tragicos in fine senari collocatur: cf. Aesch. Se. 796; Soph. El. 285, 788.

Soph. Ph. 1254. *ἔστω τὸ μέλλον* codd.; *ἴτω* ci. Wecklinus. Cf. Soph. Tr. 468, ubi *ῥείτω* codd.; *ἴτω* ci. Nauckius secundum Aesch. Se. 673: *ἴτω κατ' οὖρον.* Simili modo *ἴτω* usurpatur: Soph. O. R. 1458, Ph. 120; Eur. Or. 785, Me. 694, 793, 814, Su. 1027, I. A. 491, 1469, Her. 455, Hel. 1278. Nihilo setius codicum lectionibus standum esse putaverim; nam nec in *ῥείτω* nec in *ἔστω* quidquam est, quo quis merito offendatur.

Soph. Ph. 1275. *παῦσαι* codd.; *παῦε* corr. Sic *παῦε* pro *παῦσαι* a tragicis certe rarissime adhibetur; praeter hunc locum semel tantum Eur. Ion 534.

Soph. An. 887. *ἀφεῖτε* Laur.; *ἄφετε* corr., quod sic (in primo senari pede) legitur etiam Soph. Ph. 1054; Ar. Ve. 521, Ly. 1166.

Soph. An. 1108. *ἴτ' ἴτ' ὀπάονες* codd.; correxerunt: *εἶ' ὀπάονες, ἀλλ' ὀπάονες, οἱ δ' ὀπάονες.* Sed legitur *ἴτ' ἴτε* Aesch. Se. 106 in systemate dochmiaco et *ἴθι ἴθι* Soph. Ph. 832 in cantico; in senario nullum praeterea exemplum reperitur.

Soph. El. 40. ἴσθι πᾶν τὸ δρώμενον codd.: ἱστόρει τὰ δρώμενα ci. Nauckius. Sed ἴσθι defenditur versus sequentis additamento:

ὅπως ἂν εἰδὼς ἡμῖν ἀγγείλῃς σαφῆ.

Soph. El. 1259. μὴ μακρὰν βούλου λέγειν codd.; μὴ μακρὰν τείνειν θέλε ci. Blaydesius. Verum imperativo θέλε tragici abstinent, cum βούλου saepius usurpent. μὴ βούλου autem animadvertimus duobus praeterea locis apud Sophoclem O. R. 1522 et O. C. 1538, ubi, ut hic, βούλου quintum senari pedem explet.

Soph. El. 1319. ἄρχ' codd.; τάσσ' ci. Blaydesius (cf. El. 1485). Simillimus autem est locus apud Euripidem I. A. 1033, ubi Clytaemnestra, nihil sese, quod ab Achille sibi imperatum sit, detrectaturam esse, profitetur his verbis: ἔσται τάδ' · ἄρχε. Similiter nostro loco Electra: ἄρχ' αὐτὸς ὥς σοι θυμός.

Soph. Tr. 1064. γενοῦ μοι — γεγώς codd.; κέκλησο pro γενοῦ μοι ci. Nauckius (cf. ibidem 1205 μὴ δ' ἐμὸς κληθῇς ἔτι); φάνηθι ci. Blaydesius; πατρός pro γεγώς ci. O. Hense. Sed γενοῦ γεγώς sanum est et consulto dictum videtur; nec desunt similis paronomasiae apud tragicos exempla. Cf. Eur. Her. 229:

γενοῦ δὲ τοῖσδε συγγενής, γενοῦ φίλος

et Hel. 854:

ὦ θεοὶ γενέσθω δή ποτ' εὐτυχὲς γένος.

Quod vero Blaydesius tentavit: φάνηθι:

φάνηθι παῖς ἐτήτυμος γεγώς

i. e. „praesta te filium vere meum“ ob id ipsum ferri nequit, quod imperativus φάνηθι apud tragicos Aristophanemque semper significat: „compare, prodi“ usurpaturque tantum in invocandis diis: Soph. Ai. 698; Eur. [Rh. 358], Ba. 1006; Ar. Eq. 591, Th. 1143, Nu. 266 (φάνητε) vel etiam in mortuorum simulacris excitandis Aesch. Pe. 661; Eur. H. F. 492.

Eur. Hec. 789. αἰδέσθητί με codd.; αἰδεσθείς τ' ἐμέ ci. Kirchhoffius; sed cf. ibidem 284:

αἰδέσθητί με
οἴκτειρον.

verba sunt eadem, quae supra 789.

Eur. Hec. 825. πάρασχε codd. omnes.

De imperativis cum σχές compositis.

1. ἐπίσχες. Exhibetur codicibus omnibus et ubique. Ad devitandum hiatum postulatur septies decies:

Aesch. Ch. 889, Pr. 695; Soph. O. C. 856; Eur. Hec. 879, Or. 1069, Ph. 92, 453, 899, Su 398, Ion 1323, Hel. 1643, El. 960; Ar. Eq. 847, Nu. 1047, Ve. 829, Ra. 522, 851.

Tribus locis poterat etiam, literula ς abiecta, legi: ἔπισχε:

Eur. An. 541; Ar. Av. 1200, Ly. 742, ubi male conicit Meinekius ἔπισχε.

2. κατάσχες. Exhibetur codicibus omnibus. Necessarium est, ad devitandum hiatum: Soph. El. 1011; in fine versus Eur. Ba. 544.

3. μετάσχες Eur. Or. 1329, ubi pauci recentiorum μέτασχε, sed sequitur vocalis.

4. παράσχε. Legitur Ar. Ach. 487 ante vocalem. πάρασχε legitur in codicibus omnibus apud Eur. Hec. 825, Tr. 82 (exceptis A. et B., ubi παρέσχες et παράσχες) ante vocalem. Restat unus locus [Eur.] Rh. 614, ubi B. C. praebent πάρεχε, c. παρέσχε, A. B. πάρες γε. Kirchhoffius scripsit παράσχες, quae vera lectio.

5. ὑπόσχες. Exstat in codicibus fere omnibus apud Eur. Or. 1659 ante vocalem.

Sequitur formas cum σχές compositas metro postulari locis 22; non postulari, cum tamen haud repugnent metro, locis 6. Ex quibus duo tantum praebent formas cum σχε

compositas, ne illas quidem ob metrum necessarias. Itaque iure his formis fides abrogatur.

Eur. Hec. 872. *γενέσθω* A. E b. c.; *γενέσθαι* F. C. (quorum minor fides). Cf. praeterea locos simillimos Tr. 728 et I. T. 591, ubi *γενέσθω* codices omnes. —

Exceptis precationibus (Ar. Ach. 872, 878 sqq. Pax 1000—15; cf. etiam Aesch. Se. 75), oraculis (Ar. Av. 971—75, Eq. 1039 corr. Dindorfius), praeconiis (Ar. Av. 449 sq., Ach. 72, 1001, Pax 551), legibus denique (Ar. Av. 1040, 1601, 1660), ubi secundum linguae Graecae consuetudinem semper paene iufinitivus imperativi vice fungitur; usurpatur infinitivus pro imperativo:

apud Aeschylum semel idque pro secundae personae imperativo singulari Pr. 710, 11;

pro eadem persona numeri eiusdem:

apud Sophoclem quinquies O. R. 462, Ph. 1411, El. 9 (his tribus locis legitur *φάσκειν*), O. C. 481 sqq., An. 1142.

apud Euripidem semel tantum: Tr. 424.

apud Aristophanem septies: Ach. 257, Nu. 850, 1080, 1362, Pax 1153, Th. 157, Ra. 133;

praeterea pro secundae personae imperativo plurali:

apud Sophoclem semel Ph. 1080.

bis apud Euripidem Her. 313, Ion 101.

apud Aristophanem bis Ve. 386, Ec. 1107—11.

Verum pro tertiae personae imperativo (praeter dubium Euripidis locum, de quo agimus, Hec. 872, semel tantum infinitivum positum legimus apud Sophoclem O. R. 1466: *αἰν μοὶ μέλεσθαι.*

Eur. Or. 141. *μηδ' ἔστω κτύπος* codd., quod, ut ex versu 137 huc retractum, iure delevit Kirchhoffius. Quibus verbis eiectis, etiam antistrophae versus 154 mutandus est. Putaverim autem pro:

τίνα τύχαν εἴπω; τίνα δὲ συμφοράν;

legendum esse:

τίνα τύχαν, τίν' εἴπω; (cf. versum strophae 141 *τίθετε, μὴ κτυπεῖτε*) ut verba *τίνα δὲ συμφοράν* glossemati debeantur.

Hip. 1092. *χαιρέτω πόλις* codd.; *χαίρετ' ὦ* corr. Porsonus. Cf. Al. 400, ubi in 𝔅. 𝔈. legitur *χαιρέτω τέκνα*, cum verum sit *χαίρετ' ὦ*. Nam *χαιρέτω* (Ph. 922, Me. 1031, 1035, Cy. 361, 362) apud Euripidem paene idem significat, quod *ἐρρέτω*, quocum commutatur in codicibus b. c. Me. 1031.

Tr. 103. *προσίστω* B. C. G. b.; *προσίστη* 𝔄. 𝔅.; *ἀνθίστασο* schol. Kirchhoffius recepit *προσίστω*, quod licet in melioribus codicibus legatur, tamen notandum est, Euripidem eiusmodi contractionem devitasse. Quam uno praeterea loco admisit An. 379.

Tr. 325. *ἄνεχε* B. C. b.; *ἄναγε* 𝔄. 𝔅. quod verum videtur. Cf. *χορὸν ἀνάγειν* Hes. Sc. 280 et praeterea Soph. Tr. 211 *παιᾶν' ἀνάγετ' ὦ παρθένοι*; Eur. Ph. 1355 *ἀνάγετ' ἀνάγετε κωκυτόν*; Eur. El. 126 *ἄναγε πολύδακρυν ἀδονάν.* Quid sit *χορὸν ἀνέχειν*, nescio. Kirchhoffius cum melioribus codicibus scripsit *ἄνεχε*.

[Eur.] **Rh. 25.** *ὄτρυνον* B. C., bis b.; *ὄτρυν'* bis c.; *ὄτρυνον* A.; *ὄτρυν'* 𝔅. 𝔈.

ὄτρυνον scripsit Kirchhoffius, quod metro repugnat. Cf. v. 43. Quapropter cum 𝔅. 𝔈. scribendum est *ὄτρυν'*, praeterea transmutanda sunt verba *ἔγχος ἀείρειν*, ut haec sit vera lectio:

ὄτρυν' ἀείρειν ἔγχος, ἀφύπνισον.

⏑ | — ⏑ — — — ⏑ ⏑ — ⏑ ×

Huic respondet antistrophae versus, 43:

διϊπετῆ δὲ νεῶν πυρσοῖς σταθμά.

⏑ | — ⏑ — ⏑ ⏑ — — — ⏑ ×

[Eur.] **Rh. 675.** Versus misere corruptus nec sanabilis certa ratione. Existimaverim tamen in initio loco verbi

in omnibus codicibus traditi *ἴστω*, quod sensu caret, *ἴστω* legendum esse. Alii emendaverunt: *ἴσχε*, quod a scripturae vestigiis nimis recedit.

Eur. Ion 98. *φρουρεῖτ'* codd.; *φρουρεῖν* ci. L. Dindorfius, ut efficiatur verborum concinnitas. Nam in versu 101 infinitivus ponitur pro imperativo. Sed cf.:

Soph. O. R. 460 sqq; Eur. Her. 312 sqq.; Ar. Ach. 257, Pax 1153, ubi, sicut hoc loco, copulantur imperativus et infinitivus imperativi vice fungens.

Eur. Ion 754. *μὴ 'πάρεσκέ πω* codd.; *μὴ πάρες κόπῳ* correxerunt.

Constat non facile dici *μὴ* cum imperativo aoristi. Quod licet epici interdum admiserint*), tamen apud tragicos certe nullum exemplum reperitur. Nam quod tertiae personae imperativum aoristi nonnumquam cum *μὴ* coniunxerunt (cf. Aesch. Se. 1020 *δοκησάτω*, Pr. 336 *μελησάτω*, Su. 649 *ἐπελθέτω*, Pr. 1001 *εἰςελθέτω*; Soph. Ai. 1181 *κινησάτω*, 1334 *νικησάτω*, O. R. 1449 *ἀξιωθήτω*; denique Eur. Tr. 1043 *εἰςβήτω***); longe alia res est. — Quare non crediderim, hoc uno loco Euripidem sibi permisisse, quod in fabulis, quae exstent, plus triginta nec ipse usquam nec Aeschylus Sophoclesve sibi permiserint. Itaque non *μὴ πάρες*, sed emendatione aeque leni legendum videtur: *μὴ παρῇς*.

Eur. Ba. 798. *ἔσιι* cod.; *ἴσθι* ci. Musgravius. Placet haec coniectura, dummodo *τοῦτό γ'* cum verbo antecedente *συνεθέμην* (non cum *ἴσθι*) coniungatur. Etenim

---

*) Homerus quinquies: Δ 410 et ω 248 *ἔνθεο*, Σ 134 *καταδύσεο*, Τ 403 *λίπετε*, Χ 416 *ἐάσατε*; Apollonius semel II. 341, 44 *τλῆτε*; sexies Nonnus D. 27, 89 *ὀλέσσατε*, 35, 175 *ἐπίβηθι*, 47, 275 *τινάξατε*, 47, 291 *χορεύσατε*, 48, 436 *λίπε*, 48, 768 *κρύψατε*.

**) Apud epicos duo tantum exempla exstant: Hom. π 301 *ἀκουσάτω* et Non. D. 17, 172 *πιέτω*.

simplex imperativus *ἴσθι*, integra verborum compositione, saepe a tragicis sermonis contextui inseritur:

Aesch. Su. 417, 442, Pr. 292; Soph. O. R. 1024, O. C. 254, Ph. 1277; Eur. Her. 598, El. 608;

saepius etiam *σάφ' ἴσθι* (praesertim in responsione, ubi ante *σάφ' ἴσθι* interrogantis verbum aliquod subaudiendum est):

Aesch. Ag. 1587, Ch. 561; Soph. O. R. 1117, Ph. 122, 977, 980, 1296, 1421; Eur. Me. 691, 1351, Hip. 1321, Al. 1133, Ba. 806;

vel etiam *εὖ ἴσθι*:

Eur. Hip. 651, An. 367.

Verum *τοῦτ' ἴσθι* vel *τόδ' ἴσθι* nusquam nisi simul addito *εὖ*:

Soph. Ai. 1308, El. 1605, O. R. 1438*);

vel addito *ἔμπεδον*: Soph. Ph. 1197.

Quapropter ne hic quidem istud *τοῦτό γ' ἴσθι* admittendum est, sed, ut supra proposui, *τοῦτό γ'* ab *ἴσθι* secernendum. Praeterea in versu praecedente (797) *τάδ'* immutaverim in *τόδ'*, ne discrepet a singulari *τοῦτο* (cf. etiam v. 795 *τόδ'*, 796 *ποῖόν τι*).

Eur. H. F. 188. *γίνου* cod. et Ald. contra versus numeros; corr. Barnesius. — Imperativi praesentis a *γίγνεσθαι*, orti apud tragicos rarissimi sunt. Leguntur enim tantum locis tribus ac ne illis quidem metro postulati: Soph. O. C. 291 (sed cum negatione, ut de praesentis imperativo constet), Eur. Hip. 305, ubi *γίνου*, Cy. 92, ubi *γίγνεσθε* traditum est.

Ar. Ve. 452. *ἄνες* codd.; *ἄφες* ci. Cobetus, qua coniectura non opus est. Cf. Soph. An. 1101 *τὴν κόρην ἄνες*; El. 1101 *ἄνετε μ' ἄνετε παράγοροι*.

Ar. Ve. 671. *δώσετε* codd.; *οἴσετε* ci. Meinekius. Cf.

---

*) Soph. El. 877 deest *εὖ*, sed sequitur *ἐμοῦ κλύουσα*.

praeterea Pax 259, ubi *οἴσεις* codd,; *οἶσ' οἶσ'* ci. Dobraeus ad Nu. 633.

Notissimum est, futurum vel cum *ὅπως* copulatum vel in interrogatione positum et cum negatione coniunctum apud Aristophanem imperativi vicem gerere. At simplici quoque futuro inest vis quaedam imperativa, licet raro erumpat. Cf. Nu. 726 *ἀπολεῖ κάκιστα* i. e. *ὅπως κάκιστα ἀπολεῖ* et Nu. 1352 *πάντως δὲ τοῦτο δράσεις* i. e. *ὅπως* — *δράσεις*. Sic etiam locum, de quo dicimus, Ve. 671, interpretari licet: *ὅπως δώσετε τὸν φόρον*. — Non plane eadem condicio est alterius, quem apposui, loci, puta Pax 259. Ubi ante futurum *οἴσεις* subaudiendum est *οὐκ*: *οὐκ οἴσεις ἀλετρίβανον τρέχων;*
Cf. Av. 1571 *ἕξεις ἀτρέμας; οἴμωζε* i. e. *οὐχ ἕξεις;* et Nu. 1299 *ᾄξεις;* i. e. *οὐκ ᾄξεις,* sicut in versu superiore legitur: *οὐκ ἐλᾷς;*

Quae cum ita sint, cum Bergkio puto acquiescendum esse codicum lectionibus: *δώσετε* et *οἴσεις*.

Ar. Av. 361. *προςθοῦ* codd.; *προςδοῦ* ci. Hauptius, quod minime necessarium. Sufficit enim *προςθοῦ* i. e. „appone tibi, applica“ non minus quam Ra. 483. Ac ne Meinekius quidem, quod Ly. 534 *περιδοῦ* coniecit pro *περίθου,* ulla necessitate coactus coniecit.

Ar. Av. 688. *προςέχετε* in tetrametro anapaestico codd.; *πρόςχετε* corr. Bentleius. Cf. Ve. 1015 (item in tetrametro anapaestico) et Eq. 503 (in dimetro anapaestico), quibus locis codd. recte *πρόςχετε*. — Verum quod etiam Nu. 575 in epirrhematis tetrametro trochaico Bentleius *πρόςχετε* contra codicum auctoritatem legendum proposuit, fortasse non recte iudicavit; cf. Nu. 1122, ubi item in epirrhematis tetrametro trochaico legitur *προςεχέτω*. Nam in duabus eiusdem fabulae partibus inter se simillimis, cum unum idemque hic a spectatoribus, illic a parte certe spectatorum, iudicibus, petatur, locutionem a poeta varia-

tam esse, minime verisimile videtur. Quocirca in versu 575, quamvis in fine tetrametri paullo rarior sit brevium morarum substitutio, codicum lectionem *προςέχετε* cum Bergkio retinuerim, nisi forte quis etiam in versu 1122 *προςεχέτω* in *προςχέτω* mutandum censet. Quo nihil otiosius. Constat praeterea, Aristophanem semper, praesentis imperativo adhibito, dixisse: *πρόσεχε τὸν νοῦν*, numquam *πρόςχες*; cf. Eq. 1014, Nu. 635, Pax 174, Th. 25, Pl. 113. Huc accedit forma *πότεχετ'* (sic codd.) Ach. 733.

Ar. Ra. 1243. *ἔασον* Rav. Cambr. 1.; *ἔα αὐτὸν* codd. reliqui. Cf. Ly. 945, ubi pro codicum scriptura: *ἔα αὔτ' ὦ* (sc. *μύρον*) Reisigius ci. *ἔασον*. Sed loci invicem se comprobant ac tuentur. Praeterea crasis apud Aristophanem frequentissima quidni hic quoque admittatur, cum etiam tragici in vocula *ἔα* interdum synizesin sibi permiserint; cf. Soph. O. R. 1451, An. 95; Eur. Ion 542.

Ar. Ra. 1384. *μεθεῖτε* codd.; *μέθεσθε* ci. Porsonus. Cf. ibidem 1393, ubi *μεθεῖτε, μεθεῖτε* codd.; *μέθεσθε, μέθεσθε* ci. Porsonus.

Codicum lectionem a Bergkio servatam ferri non posse, vel inde apparet, quod Aristophanes numquam optativo pro imperativo utitur. Nam uno loco, Ve. 572, ubi optativus imperativi vice fungi videtur, aut secundum Meinekii coniecturam *ἐλέησον* legendum aut potius *ἐλεήσαις* recte intellegendum est: „utinam misereare“, non „miserere“. Quae interpretatio a locis, de quibus agitur, alienissima est; nam requiritur Dionysi imperium ac praeceptum. Itaque scriberem *μεθεῖτ' ἂν* et infra *μεθεῖτε μεθεῖτ' ἂν**), nisi Porsoni coniectura ad librorum scripturam propius accederet.

Ar. Th. 284. *κάθελε* codd.; *κατάθου* ci. Herwerdenus, quem secutus est Meinekius. Sed nihil esse in *κάθελε*,

*) Cf. Ra. 1401 *λέγοιτ' ἂν* (eiusdem Dionysi verba); praeterea Ra. 437, 1467; Eq. 1161; Pax. 958 et Ec. 132 (*λέγοις ἂν*).

quo offendamur, docet alter locus Eq. 152, ubi dicitur: *κάθελ' αὐτοῦ τοὐλεόν* scilicet de capite, sicut nostro loco *κίστην*. Nec eiusmodi compositio*) verborum a simplici eodem profectorum contra Aristophanis consuetudinem est. Cf.

Ve. 1326. *ἄνεχε, πάρεχε.*

Ly. 1279 *πρόσαγε χορὸν, ἔπαγέ τε χάριτας.*

Ec. 1031 sqq.:

καὶ κλήμαθ' ὑπόθου συγκλάσασα τέτταρα
καὶ ταινίωσαι καὶ παράθου τὰς ληκύθους,
ὕδατός τε κατάθου τοὔστρακον πρὸ τῆς θύρας.

Non eadem, sed similia, sunt haec:

Ach. 1067:

ἀπόφερε τὰς σπονδάς. φέρε τὴν οἰνήρυσιν.

vel ibidem 1121: *ἔχ', ἀντέχου, παῖ.*

Ar. Th. 569. *πρόσθες* codd.; *πρόσιθι* ci. Cobetus. Sed cf. Eur. Ph. 1701:

πρόσθες τυφλὴν χέρ' ἐπὶ πρόσωπα δυστυχῆ.

Sic noster locus intellegitur, dum subaudias *χεῖρα*, quod facile subauditur.

Ar. Pl. 71. *αἶρε* codd.; *ἔρρε* ci. Bergkius, personis aliter distributis. Sed notandum est, imperativum *ἔρρε*, ultima syllaba elisa, usurpari a tragicis certe et Aristophane semper. Cf. Soph. O. C. 1383; Eur. Me. 1335, An. 813, El. 950; Ar. Pl. 604 Homerus quoque formam breviorem praetulit: cf. *X* 498, *Ψ* 440, *κ* 72, 75; integram uno tantum loco adhibuit: *Θ* 164.

*) *ὦ Θρᾶττα τὴν κίστην κάθελε, κᾆτ' ἔξελε.*

Sententiae controversae.

1. Anthologiae Palatinae epigramma VI. 82 puto sic constituendum esse:

   Αὐλοὺς Πανὶ Μέλισκος· ὁ δ' ἔννεπε· μή με γεραίρειν
   τούτοις· ἐκ καλάμων οἶστρον ἐπεσπασάμην.

   cum perperam legatur: *μὴ γέρας αἴρειν.*

2. Apud Diod. Sic. I. 70, 6 scribendum videtur *ἁμαρτήσασι* pro *ἁμαρτήμασι.*

3. Apud Diod. Sic. XVI. 55, 2 *ἀπαγγελίας* mutandum est in *ἐπαγγελίας.*

4. Apud Sen. Benef. V. 14, 3 pro: ‚malo' legerim: ‚a malo'.

Vita.

Maximilianus Ferdinandus Rudolfus Neumann natus sum Hollandae in oppido Borussiae Orientalis a. d. IV. Id. Sept. a. h. s. LXIII patre Henrico, matre Natalia e gente Wolffiana, quam adhuc vivam colo. Fidei addictus sum evangelicae. Primis litterarum rudimentis in gymnasio Rastenburgensi, quod etiamnunc rectore Friderico Jahn floret, per annos novem imbutus maturitatis testimonio accepto vere a. h. s. LXXXI Academiam Albertinam Regimontanam adii, ut studiis philologicis me dederem. Per tria semestria seminari regii philologici sodalis fui. Examen rigorosum quod vocant a. d. IV. Cal. Febr. h. a. subii. Audivi per semestria octo viros doctissimos hosce:

Baumgart, Friedlaender, Hirschfeld, Jordan,
Ludwich, Schade, Thiele, Walter.

Quibus omnibus quam maximas gratias ago.